

Sexto, asserbat Deum non videri in se, sed in creaturis, sicut lumen in aere. Septimo, illud quod alias est peccatum mortale, factum in charitate non esse peccatum, impunitatem peccatorum promittens. Octavo, affirmabat Ideas, que sunt in mente Divina, & creare, & creati posse, cum tamen secundum Augustinum in mente Divina nihil sit nisi eternum, & incommutabile, Neque, somniabat mentem contemplati, vel Beati perdere suum esse in proprio genere, & redire in illud esse Ideale, quod habuit in mente Divina. Decimo, docebat omnes creaturas in fine in Deum redire, & in ipsum converti, ut sint unum individuum cum ipso; unde per consequentiam negabat in resurrectione duplicem fore sexum. De his, & pluribus aliis velanis erroribus, una cum complicitibus ab Episcoporum, & Theologorum Parisienium Concilio convictis, ex more animi interit, eisque cadaver iussu Philippi Gallorum Regis postea exhumatum, & flammis exustum est anno Domini 1208. Supra scriptas hereses recenset Prateolus de Sectis heretic. lib. 1. & ex Chronico Summorum Pontificum viginti errores hujus Almarici colligitur. Sex refert Vincentius in Speculo Historiali, lib. 30. cap. 7. quorum etiam meminit Eymericus in Director. Inquisit. par. 2. q. 7. n. 3. & nonnullas referunt Generard. lib. 4. Etymologiarum, S. Anton. 4. p. tit. 1. cap. 7. §. 1. vers. Reprobatur etiam. Hoit. hic num. 16. & 22. Jo. Andr. n. 36. & 37. Bellam. n. 9. & Butr. n. 29. Vide notas ad Concilium Lateranense IV, tom. 3. Concilior. p. 2. pag. 697. littera F.

DE CONSTITUTIONIBUS.

Cap. Canonum statuta.

S V M M A R I V M.

- 1 Intellectus varii ad hoc capitulum, & nn. seqq. usque ad n. 10.
- 2 Canonum statuta, de quibus loquitur hoc Constitutio, quot modis accipiuntur. ibid.
- 3 Precepta omnia legu vetera immutabilia sunt.
- 4 Precepta ceremonialia fuerunt viva usque ad Passionem Christi, mortua deinceps, & mortifera post divulgationem Evangelii.
- 5 Precepta iudicialia evacuata sunt per adventum Christi, & quamvis non sint mortifera, sunt tamen mortua.
- 6 Infideles ad fidem, & observantiam nove legu non coguntur invit. & n. 72. & 83.
- 7 Constitutiones Canonum ligant omnes, & eorum ritum in procedendo, quam in decidendo iudicia sunt regulanda.
- 8 Actio verbum hic positum quo sensu accipiat. & n. 9.
- 9 Canones transgressi non licet in Ecclesiasticu negociu, vel iudiciu, & proprium sensum sequi.
- 10 Constitutiones Canonice ab omnibus sunt servanda tam in foro externo, quam in foro conscientie.
- 11 Melensis Concilii causa, & auctoritas qua.
- 12 Canon appellatio in latiori significacione venit omni Constitutio Ecclesiastica, & n. 18.

- 13 Rex Angliæ si de iure faciat mentionem, de suo iure regio intelligitur.
- 14 Conciliorum Provincialium decreta in Gregoriana compilatione inserta vim habent generalium Constitutionum.
- 15 Concilia Provincialia etiam per Sedem Apostolicam confirmata regulariter non obligant extra provinciam, & nn. seqq.
- 16 Confirmatio dat robur actui confirmato, sed illum non extendit.
- 17 Rex in suo Regno est Monarcha, & totum continens.
- 18 Pape iurisdictione non restringitur ad limites alicujus territorii.
- 19 Decretali epistola, decretum, dogma, mandatum, interdictum, & sanctio in quibus differant.
- 20 Canon strictè accipitur pro Constitutione in Generali Concilio edita.
- 21 Canones qui dicantur ex stylo Concilii Tridentini.
- 22 Canonis nomine frequentius usurpantur Constitutiones in corpore iuris clause, & nn. seqq.
- 23 Iuris Canonici corpus que complectatur, & n. 46.
- 24 Clausula, (in his, qua sacri Canonibus, Tridentini Concilii decretis, & Constitutionibus Apostolicis non adferantur,) de quibus Canonibus intelligatur.
- 25 Declarationes Apostolicæ, an dicantur statuta Canonum, & n. seq. usque ad n. 27.
- 26 Statuere ex propria significacione est jus novum inducere. ibid.
- 27 Canones fidei non continent jus novum, sed iuris divini declarationem.
- 28 Statuere, & decernere se compatiuntur etiam cum verbo declarare.
- 29 Canonum appellatio, an veniant statuta Episcopi, & n. seq. usque ad n. 37.
- 30 Quid in materia otiosa, & penali. Et quid in materia favorabili. n. 30.
- 31 Ius municipale non est jus commune.
- 32 Canonis appellatio in materia favorabili venit etiam Constitutio Capituli, & n. 33.
- 33 Absolvere potest inferior ab excommunicatione lata à Canone tam Pape, quam Episcopi, si illius conditor absolutionem sibi non reservavit.
- 34 Dispensare qui potest super irregularitate imposita à Canone, potest dispensare cum Monaco irregulari ex celebratione post incursum excommunicationem latam ex Constitutione Ordinis.
- 35 Conciliorum Provincialium decreta, an possint Canones appellari.
- 36 Canonis appellatio indistinctè venit statutum Episcopi, si à Papa sit confirmatum.
- 37 Et idem si statutum sit secundum terminos iuris communis.
- 38 Gratiani dicta non sunt pro Canonibus recipienda.
- 39 Leges Civiles in volumine Decreti inserta, si sint contraria Canonibus, non sunt servanda in foro Ecclesiæ, & n. 45.
- 40 Nec censentur canonizata, nisi qua à Papa Canonibus inseruntur.
- 41 Rubricæ Decreti non sunt authentica excepta prima. & nn. seqq.
- 42 An illarum auctor sit Gratianus.
- 43 Rubrica prima Decreti quo sensu dicatur authentica.
- 44 Palea non habent Canonis auctoritatem, unde dicta,

- 45 dicta, & quæ fuerit illarum auctor.
- 46 Gratianus quid egerit coram Pontifice, ut se Decreti auctorem ostenderet.
- 47 Leges Civiles Canonibus non contraria servari debent etiam in foro Ecclesiæ.
- 48 Decreti liber in quibus hodie intelligatur approbatus.
- 49 Canones omnes sunt in precepto.
- 50 Canonum transgressores ex contemptu, vel neglectu, aut concupiscentia qualiter peccent, & puniantur.
- 51 Causa Ecclesiastica decidenda sunt secundum Canones, & non secundum leges.
- 52 Causa etiam in foro seculari secundum Canones est decidenda, si de re Ecclesiastica agatur actione reali, sicut si actioe personalis.
- 53 Sed in preparatorio iudicio indistinctè servanda sunt leges furi, ubi causa ventilatur.
- 54 Index an debeat iudicare secundum conscientiam, an verò secundum acta, & probata, & n. seq.
- 55 Iudicis conscientia triplex.
- 56 Princeps iudicare potest secundum conscientiam, adhibita tamen cautela hic posita.
- 57 Constitutiones Canonice ligant omnem creaturam.
- 58 Et an hoc sit restringendum ad subditos ibid. & n. seq. usque ad n. 93.
- 59 Canonum Conditori, & Vicario creatoris subiecta est omni creatura.
- 60 Princeps non adstringitur legibus suis, vel Predecessorum vi coactiva; adstringitur tamen vi directiva rationis iure naturali, & divino, & n. seq. usque ad n. 64.
- 61 Predecessorum suorum statuta custodiat, qui sua à successoribus desiderat mandata servari.
- 62 Lex non habet vim coactivam, nisi à Principi pateat.
- 63 Papa quamvis non constringatur lege positiva, adstringitur tamen mente legu, & equitate naturalis determinante aliquid circa peccatum.
- 64 Papa an ligetur c. Omnia utriusque, de penit. & remiss.
- 65 Nemo cogitur à seipso, sed tamen à seipso dirigitur, & obligatur.
- 66 Nulla auctoritas, vel Senatus potest facere, quin Princeps sit animal rationale, vel ut sit solutus legibus natura.
- 67 Pagani, & infideles, an, & in quibus subsint iurisdictioni Ecclesiæ, & n. seq. usque ad n. 93.
- 68 Oves Christi sunt omnes tam fideles, quam infideles per creationem, licet non sint de ovili Ecclesiæ.
- 69 Papa non solum super fideles, sed etiam super infideles iurisdictionem habet de iure, licet non de facto.
- 70 Gentili potest licitè puniri per Papam, si contra legem nature faciat, ut si colat idola.
- 71 Iudai possunt per Papam iudicari, si contra Evangelium faciant in moraliu, vel hereses circa suam legem inveniunt. & n. 83.
- 72 Thalmud Iudeorum librum plures Romani Pontifices iusserunt conteri.
- 73 Infidelibus detinentibus terram in qua iurisdictionem habuerunt Christiani Principes, Papa potest prohibere, ne iniuste divident Christianos, & emulsi facientes iurisdictione, & dominio privati.
- 74 Item potest infidelibus præcipere, ut admittant Prosop. Fagn. in 1. Decretal.

- 75 Predicatores Evangelii in terris eorum iurisdictioni subiecti.
- 76 Papa contra fideles mandatis eju inobedientes potest iuste bellum inducere.
- 77 Papa in criminibus Ecclesiasticis exercere potest iurisdictionem contra infideles, sicut contra fideles.
- 78 Inmixtu verò locus est preventionis inter Papam, & Imperatorem.
- 79 Infidelium dominium, seu prelatio super fideles potest iuste tolli per sententiam, & ordinationem Ecclesiæ.
- 80 Ecclesiæ auctoritatem Dei habet super regna.
- 81 Infideles non sunt directi de foro Ecclesiæ, sed alieni à Christo, & servi Diaboli.
- 82 Infideles Ecclesiæ non excommunicantur.
- 83 Forum fori, & status ligari à pari procedunt.
- 84 Statuendi potestas à iurisdictione dependet.
- 85 Iuris Canonici statuta ligant omnem creaturam in materia eidem adaptabili.
- 86 Prescribens contra iurisdictionem Imperatoris non remanet acceptatus; sed subest Pape.
- 87 Iudai delinquentes contra Legem Moysi per Legem Canoniceam puniuntur.
- 88 Item si obfint fideibus, vel delinquant in opprobrium Christianæ Religionis.
- 89 Item si Dominici, & festu diebus mercimonia vendant, & artificia, seu opera mechanicæ exerceant. n. 85.
- 90 Item si in die Parasceves ostia, vel senesca aper-tas habeant, aut in publicum proficiant. & non. 86.
- 91 Palentinum Concilium tempore Verban. VI. celebratum nullam habet auctoritatem.
- 92 Iudai non ligantur c. Omnia utriusque, de penit. & remiss.
- 93 Iudai si matrimonium contrahant in gradibus lege Canonice tantum prohibitis, ad fidem conversi non separantur, & eorum proles legitima est.
- 94 Nec tenentur servare formam à Concilio Tridentino prescriptam in matrimonii contractu.
- 95 Matrimonium valide ab infidelibus contractum post conversionem non est iterandum coram Parrocho, & testibus.
- 96 Iudai in successioneibus utuntur lege veteri Testamenti.
- 97 Laici in merè temporalibus, & profanis, non ligantur Constitutionibus Canonice, nisi in terris Ecclesiæ.
- 98 Constitutiones Ecclesiasticæ ante publicationem non ligant.
- 99 Constitutiones particulares respectu verorum locorum, vel personarum ad alta loca, vel alias personas non extenduntur.
- 100 Constitutiones per contrariam legem, vel consuetudinem abrogata non sunt servanda.
- 101 Et illi amentes incurrunt in penam falsi.
- 102 Concilii lex regulariter non est obligatoria.
- 103 Concilii legem non servans ex contemptu mortaliter peccat.
- 104 Constitutum reverentia quod dicatur.
- 105 Verba horretoria improprianter quando subiecta materia est de precepto.
- 106 Residere tenentur Episcopi apud suam Cathedrali tempore Adventus, Quadragesime, & c. nec sufficit ut in Diebus residant.
- 107 Ecclesiæ Romana auctoritatem Canonibus impertitur, sed non ea obligatur.

- Declaratur num. 106.
- 103 Papa an possit solo verbo facere sacerdotem, vel Episcopum. & n. seq.
- 104 Imperator unico verbo, etiam procedendo, & extra ordinem preloso potest facere quem Ductorem.
- 105 Provisus ante consecrationem non dicitur Episcopus, sed clericus.
- 107 Lex est omne, quod ratione consistit.
- 108 Index ex magna causa potest transgredi Canones. Contrarium n. 114. usque in fin.
- 109 Pena mortis ex flatu impoſita commutari potest ratione atata in pupillo, qui homicidium perpetravit, & n. 117.
- 110 Penus legum licet exasperare propter casum terribilem.
- 111 Degradari an possit Clericum, & trahi extra seculari pro crimine paritidii, si non sit incorrigibilis.
- 112 Mortuus ob crimine immanitatem potest tradi bestis in cibum.
- 113 Dispensare potest Episcopus ex magna causa necessitate, & utilitate contra Generale Concilium ex sententia Rota. Contrarium n. 121. Declaratur n. 122.
- 114 Episcopi an, & quando iudicibus uti liceat.
- 115 Innocentii doctrina de arbitrio transgrediendo leges expenditur. & n. seq. usque ad n. 121.
- 116 Iudices potestatem habent ex causa penus temperandi, & exasperandi.
- 117 Minor etiam proximus pubertati pro homicidio nunquam potest affici ultimo supplicio.
- 118 Minor viginti quinque, & maior quatuordecim annis pro atrocibus delictis non punitur pena mortis. Et quid in atrocioribus. ibid.
- 119 Et quid in atrocissimis.
- 120 Parricidium dolo malo, aut ex insidiis patratum sufficit ad, vel etiam excoſatione non est velandum.
- 121 Dispensare nequeunt Episcopi contra Canones, nisi quantenus reperitur eis a iure permissum.

CANONUM STATUTA. Varias habet lecturas, quarum tres recenſet Abb. Anſi. hic in princ. Prima lectura est eorum, qui intellexerunt Statuta Canonum de preceptis Legis veteris, de quatuor Evangelis, & quatuor Conciliis Generalibus, quae sicut quatuor Evangelia Catholica venerat Ecclesia. c. Sicut, 1. §. dist. Quo sensu verba textus ibi, ab omnibus exponuntur sine ulla exceptione & cessat contrarium, de quo hic in glos. 4. Quia etiam Papa, & Imperator legem, & Evangelium servare tenentur. c. Sicut quidam, 2. §. qu. 1. & secundum hoc Decretalis sic summari potest. Canones veteris, & novi Testamenti, & quatuor universalium Conciliorum ab omnibus servari debent.

Verum hic primus intellectus nullatenus videtur recipiendus. Primo, quia nimis restringit hanc litteram, quae generaliter loquitur de Statutis Canonum, quorum appellatione in sui latitudine comprehenduntur omnes Constitutiones Ecclesiasticae, ut in Summa 3. dist. & ex communi usu loquendi quae in corpore juris sunt clausae, ut dicam infra num. 1. notab. Secundo,

quia esset de indubitabili. Nemini enim dubium esse potest, quin omnes lege divina adstringantur. c. Quae contra, 8. dist. Tertio, quia esset contra mentem Gregorii Noni, qui propterea suae compilationi praeposuit hunc Canonem in his, quae pertinent ad jus humanum, ut omnes intelligerent Decretales in hoc volumine insertas ab omnibus esse custodiendas, ut supra in proemio in fin. Quarto, quia non omnia praeccepta legis veteris obligant post legem evangelicam, sed mortalia dumtaxat, quae immutabilia sunt. §. Huic itaque, & ibi glos. 1. 6. dist. S. Thomas in 4. Sentent. dist. 2. qu. 1. art. 4. q. 1. ad 2. Ceremonialia enim fuerunt viva usque ad Passionem Christi, mortua deinceps, & mortifera post divulgationem Evangelii. Judicialia vero sunt evacuata per adventum Christi. Et quamvis non sint mortifera, sunt tamen mortua, ut idem docuit in 1. 2. q. 103. art. 4. q. 104. art. 3. Quinto, & ultimo aliis omissis, quia nihilominus hic intellectus non solvit contrarium de infidelibus, qui ad fidem, & observantiam novae legis non compelluntur invitati. c. De iudiciis, & c. Ad fidem, 4. §. dist. c. Sicut, infra de iudiciis. Ad quod vide quod dicam infra num. 78. & 88.

Secunda lectura est Vincentii, qui intellexit hoc capitulum de Statutis localibus, ita ut exponatur ab omnibus, scilicet subditis jurisdictioni iudicis stantentis, ut c. Cum longe, 63. dist. & c. Nihil, infra, de electis. Sed huc lectura a fortiori obstat prima, & tertia consideratio, de quibus in precedenti intellectu. Licet probabiliter dici possit has duas lecturas fuisse politas a Doctoribus non exclusivè ad Constitutiones Ecclesiasticae generales, sed comprehensivè, ita ut sit sensus, ut Canones tam iuris divini, quam iuris positivi ecclesiastici, sive sint generales, sive locales, respective ab omnibus sint servandi.

Tertia, & communis lectura est, ut textus intelligatur de statutis ab Ecclesia generaliter editis, ut per glos. 1. & Hostien. in princ. & hoc modo secundum Joan. Andr. Cardin. & Anchar. hoc dicit. Constitutiones Canonum ab omnibus sunt servandae. Vel plenius secundum Anton. de Butr. Joan. de Imol. Abb. Joan. de Anan. Alexand. de Nayo, Felin. & Dec. Juris Canonici statuta omnes ligant, & eorum ritu tam in pronuntiando, quam in decidendo iudicium sunt regulanda. Et quamvis hoc summarium impugnet Augustin. Bero. eo quod etiam in procedendo a iudicibus Ecclesiasticis servandi sint Canones: tamen revera hunc sensum habuerunt Doctores, dum dixerunt tam in pronuntiando, quam in decidendo, hoc est tam inter loquendo, quam diffiniendo; & sic tam in ordinariis iudiciis, quam in decisoriis. Ad hoc l. Quod iustit. cum ibi notat per Barth. ff. De re iudic. Praeterquam quod non semper in preparatoriis servandi sunt Canones, sed leges fori, ubi iudicium ventilatur, ut dicam infra in 3. notab. Clarius tamen sic summat Aretin. & bene. Statuta Canonica ligant omnes, & secundum ea debent iudices procedere, & iudicare, non ex suo capite. Quod ultimum est ex mente glos. & Innocentii, qui exponunt verba, suo sensu, scilicet malo.

Quar-

Quarta lectura est Petri de Anchar. in repet. huius cap. num. 31. qui exposuit verbum, actionibus, non prout sonat in ius, id est prout iure prosequendi in iudicio, quod sibi debetur, ut in l. Exat, ff. Quod met. caus. & Hostien. de action. in princ. quemadmodum intellexerunt glos. Innoc. & Jo. Andr. qui exposuerunt verbum, actionibus, scilicet civilibus, & iudicibus, scilicet criminalibus: hoc enim esset nimis restringere hunc textum, scilicet ad civiles, & criminales causas in iudicio ventilandas; & ad iudicem tantum, ut in ipsis iudiciis non ducatur suo sensu. Sed exposuit verbum, actionibus, prout sonat in factum, & in exercicio facti, & in actibus hominum explicandis, etiam cum privatis personis extra iudicium, ut in testamentis, contractibus, & aliis quibuscumque dispositionibus occultis, ut in eis ducatur quis auctoritate Canonica, & non spiritu suo, cum privata dispositio non possit generalem Constitutionem Canonis immutare. c. Requisti, de testamen. & l. Nemo potest, ff. De legat. 1. Verbum autem iudicibus, intellexit in sua propria significatione, prout refertur ad civiles, & criminales causas, in quibus nec litigatores, nec iudices duci debent privato sensu, sed Canonum auctoritate, c. Neminaris, infra, eod. Et ita de decretis Concilii Tridentini sanxit Pius IV. in Nulla Confirmationis, quae incipit Benedictus Deus. ibi, eadem decreta, & statuta in iudicio, & extra illud diligenter observent.

Et hoc sensu secundum Anchar. text. summat ut sic. Nemini licet in ecclesiasticis negotiis, vel iudiciis transgredi Canones, & proprium sensum sequi. Vel aliter secundum Beroium, Statuta Canonum in omnibus negotiis ecclesiasticis ab omnibus servanda sunt: intelligendo verbum, negotiis, large pro quibuscumque actibus tam extrajudicialibus, quam judicialibus, iuxta textum in c. Fornis, §. Negatum, infra, de verb. significat.

Et hoc sumi potest quinta, & nona lectura ad hunc textum accipiendo verbum, actionibus, adhuc in latiori significatione, non solum pro actibus humanis extrajudicialibus externis, ut in l. Heredes palam, & ibi glos. in ver. actionis, ff. De testamen. & in Auth. Hoc jus porrectum, c. de sacros. Ecclies. Sed etiam pro actibus internis, secundum ea quae scripti in c. Dolentes, nam. 58. & 64. infra, de celebr. Missar. ita ut Constitutiones Ecclesiasticae obligent etiam ad culpam ut in c. Nullus fas, 19. dist. & in c. Vitalatores, 2. §. qu. 1. cum aliis adductis per Archid. in c. Deservanda, num. 4. de concess. prob. lib. 6. & latius dicam infra num. 47. & num. 107. in septima declaratione, & merito, quia legum ecclesiasticarum praecipuus finis esse debet ad ztremam felicitatem, & salutem dirigere, ut per D. Thomam in 1. 2. q. 90. art. 2. & alios, quos sequitur Rota decis. 107. num. 16. par. 7. recitat, & secundum hunc intellectum textus hoc intendit. Constitutiones Canonicae ab omnibus sunt servandae tam in foro externo, quam in foro conscientiae.

Dividitur in duas partes iuxta tertiam, & commutatem lectionem. Prima ponit dictum in genere. Secunda illud declarat, & exponit in specie, ibi, & n. nono.

10 Desumpta est haec Constitutio ex Concilio

Meldensis. 34. alias 10. sub Sergio II. ab Episcopis Galliae Meldis inchoato anno 845. & absoluto Parisiis anno sequenti, eo quod cum Reges Francorum res ecclesiasticas laicis possidendas tradidissent, ea re cognita, Episcopi Galliae ad divinam indignationem avertendam, & misericordiam implorandam hanc Synodum congregarunt: in qua temporum iniquitate in primis deplorarunt, tribuentes huic sacrilegio causam malorum, quibus eo tempore universa Gallia a Northmannis, aliisque barbaris nationibus infestabatur. Mox pro rebus Ecclesiae conservandis plura decreta ediderunt, ut patet ex Synodi praefatione tum, 3. Concilior. par. 1. sed. 2. pag. 345. & 350. Quae quidem decreta a Sede Apostolica confirmata fuisse fatetur in sua Praefatione Benedictus, Evita, & patet ex inscriptione, quae habetur post praefationem Concilii pag. 346. Quare dum Beroius hionum, 3. asseruit Papam huic Concilio Meldensi interfuisse, lapsus est ignorantia Historiae, quia Sergius II. nunquam legitur profectus in Galliam, ubi Synodus coacta fuit, ut patet ex Anstaho Bibliothecario in illius vita, quae refertur eodem to. 3. Concil. par. 1. sed. 2. pag. 341. ex Platina, & aliis Historicis.

11 Nota primò ex principio textus, appellatione Canonis in latiori significatione venire omnem Constitutionem ecclesiasticam, ut patet in Summa 3. dist. ibi, Constitutio ecclesiastica Canonis nomine censetur, & ibi hoc notat glossa ab omnibus approbata in c. De libellis, vers. Quam ob causam, 20. dist. & firmat hic Card. Imol. Abb. Aretin. Alexan. de Nayo, Felin. & Bero. omnes in 1. notab. post Jo. Andr. num. 2. & sic Canones appellantur omnes leges Ecclesiae, sicut Constitutiones juris civilis dicuntur leges saeculi, secundum Abbat. num. 1. in fin.

12 Sed adversus hanc expositionem insurgit Decius hic in 1. notab. quia cum textus simpliciter de Canonibus loquatur, & haec Constitutio edita fuerit in Concilio Meldensi, ut patet ex inscriptione, consonat, ut secundum qualitatem Concilii loquens intelligatur 3. & sic de Canonibus conciliaribus; per id, quod notat Bald. in c. Cum venissent, num. 2. infra de ea qui mittit in possess. ubi quod si Rex Angliae faciat mentionem de iure, de suo regio intelligitur. Et quamvis subdar propter subjectam materiam quod hic statuitur locum habere in qualibet Constitutione ecclesiastica, tamen contendit hoc non probari per hoc capitulum ob praemissam rationem.

13 Verum huic objectioni respondeo hunc Canonem vim habere generalis Constitutionis, non ex Concilio Meldensi, sed ex hac Gregoriana compilatione, ut supra in proemio, quod inde etiam convincitur, quia in hoc volumine inserta sunt multa decreta Conciliorum Provincialium, ut scripti in c. 1. num. 1. & num. 75. infra, de par. titi. Quae quidem decreta etsi Canonum nomine conferentur, ut in c. Regula, §. Porro, 3. dist. & latius dicam infra num. 34. tamen non habent vim obligandi extra provinciam, c. 1. §. qu. 2. c. Decernimus, 3. qu. 9. etiam si postea fuerint per Sedem Apostolicam confirmata; quia confirmatio, nisi aliud in litteris sit expressum, dat robur, sed non extendit actum confirmatum.

C 4

1. Au-

l. Aurelius, §. Testamento, l. 1. ff. De liberat. legat. & notat Bald. per illum textum in l. r. in fin. C. si advers. rem judic. Paul. de Caltr. in cons. 287. Notandum est, in princ. lib. 2. Rot. in recent. decis. 175. nu. 8. par. 5. & decis. 58. num. 30. p. 6. & coram Gregor. XV. decis. 267. num. 1. Unde Concilia provincialia Mediolanensia quamvis fuerint confirmata per litteras in forma Brevis, receptum est ut vim obligandi non habeant extra illam provinciam. & nihilominus Canones provinciales, sicut & alie Constitutiones particulares in corpore juris clausa non controvertitur quin habeant vim generalium Constitutionum, nisi appareat de contraria Principis voluntate, prout apparet in c. Non autem, 7. q. 1. & in c. Et temporis qualitas, 16. q. 1. & in c. sciendum, 19. dist. & saepe alibi, & ita declarat Hostien. in c. Cum super, num. 1. de sepulch. allegat §. Sed & quod Principi infra, de jur. natur. l. si imperator, C. de legib. c. Constitutus, in fin. de concess. preben. Idemque firmant in d. c. Cum super, 10. Andr. & Anton. de Butr. quos refert, & sequitur ibi Felin. num. 16. vers. Hanc fallentiam intellige. Archid. post Hugon. in c. De his, l. 2. in princ. 50. dist. Et propterea non applicatur doctrina Baldi, quia Rex Angliæ potest sui condere in suo Regno dumtaxat, in quo, ut Bald. inquit, est Monarcha; & totum continens, sed non extra illud. l. fin. ff. De jurisd. omni. judic. & notat idem Bald. in Auth. Hoc amplius, num. 10. vers. Quarto an filii Regis, C. de fideicom. Bart. in l. 1. in princ. ff. Quod quisque jur. Butr. in c. Tuam, in 2. notab. infra, de ord. cognit. & docet S. Thom. in 2. q. 96. art. 5.

17 An summus Pontifex potest Constitutiones facere in universo orbis etiam sine Concilio. c. Cuncta per mundum, ibi etiam sine ulla Synodo procedente, q. 3. c. Ad Apostolica, de re judic. lib. 6. & ibi notat glos. 1. Gemin. col. 3. vers. In ea glossa. & Philipp. Etano, num. 3. vers. In glossa ibi, presente, cum jurisdictione Papæ non restringatur ad limites aliquos territorii, ut post Innoc. in c. 1. num. 2. & Butr. nu. 3. de off. de leg. dixit Marian. Socin. cons. 237. Difficultatem, num. 1. col. 2. vers. Quia cum jurisdictione, lib. 2. & Aym. cons. 128. Proponitur, num. 2.

18 Non mirum si Canonis nomen hic largè accipiatur pro omni Constitutione ecclesiastica, quæ variis nominibus nuncupatur: nam aliquando dicitur decretalis epistola, aliquando decretum, aliquando dogma, aliquando mandatum, aliquando interdictum, aliquando sanctio. Ad hoc c. si quis dogmata, 25. q. 2. Epistola decretalis dicitur quam Papa statuit solus, vel cum Cardinalibus ad consultationem alterius. Decretum verò id, quod statuit Papa de Cardinalium cõsilio ad nullius consultationem. Dogma est id, quod consistit in doctrina fidei Christianæ. Mandatum, quod consistit in doctrina morum. Interdictum quando fit prohibito nulla pœna adjecta. Sanctio verò cum pœna adjecta: & ita hæc singula explicat, & juribus comprobatur glos. 1. in Summa, 3. dist. & sequitur Imol. hic num. 1. Licet hæc multoties cõfundantur, & unum pro altero usurpetur, ut ibi notat Hugo, & Præpos. in fine. Canon stricte sumitur pro Constitutione in generali Concilio edita, ut c. habeo, 16. dist. ibi, oportebat enim

ut Synodus Canones Ecclesiasticos promulgaret, c. Nicæna Synodus, 13. dist. ibi, posuit leges, quas Canones vocamus, §. 1. in princ. 21. dist. & notat glos. præleg. in Summa, 3. dist. vers. Canon dicitur, & ibi Archid. Bellam. hic num. 1. Abb. Aretin. & alii in 1. notab. & cum hæc opinio omnes transire testatur Anton. Burgos in repet. hujus cap. num. 1. tomo 2. repeten. fol. 76. Licet Jo. Baptista Ferrer. in sua repet. num. 1. pluribus contendant Canonis appellatione proprie loquendo comprehendere omnem Constitutionem ecclesiasticam generalem. Canon autem Græcè, Latine regula nuncupatur. c. Canon, 3. dist. & regula dicta est, eo quod rectè ducatur, vel quod regatur, & normam rectè vivendi præbeat, vel quod distortum, pravumque corrigat, ut legitur in c. Regula, ead. dist.

20 Ex stylo Concilii Tridentini Canones appellantur, qui continent distinctiones in materia dogmatum, ut patet ex sess. 6. 7. 14. & 21. cum trib. seqq. in quibus distinguuntur, & seorsum ponuntur Canones fidei, & decreta de reformatione. Licet à Concilio quandoque dicantur Canones etiam extra materiam fidei, ut patet in fine proœmii c. 1. sess. 14. ibi ibi qui sequuntur, Canones statuendos, & decernendos dicit. Nam quatuordecim capita quæ sequuntur, non adidem, sed ad reformationem spectant, ad idem c. 16. sess. 23. ibi, vestigiis sexti Concilii Calcedonensis inherendo.

21 Ceterum Canonis nomine frequentius usurpantur illæ tantum Constitutiones, quæ in corpore juris sunt clausæ, ut c. si Romanorum, 19. dist. At vero Bullæ, Motus proprii, Brevia, Regulæ Cancellariæ, Decreta Consistorialia, & alia hujusmodi, quæ eduntur à Summis Pontificibus sine Concilio, & sunt extra corpus juris, non consueverunt Canonis appellari. Et

22 propterea Gregorius XIII. in Constitutione quæ incipit, Cum pro munere, edita die 1. Julii 1580. sub corpore juris Canonici complectitur tantummodo Decretum Gratiani, una cum Decretalibus Gregorii IX. in hac compilatione insertis, librum Sexti, Clementinas, & Extravagantes. Sed & Franciscus Roarini Doctor antiquus relatus hic per Jo. Andr. num. 1. dicebat post tractatum fidei positam fuisse hanc Constitutionem, quæ ostendit servandas Constitutiones infra scribendas: & ita intellexit verba illa, Canonum statuta, pro Constitutionibus clausis in corpore juris. Prout etiam intellexit Tridentina Synodus in c. 20. sess. 25. de reform. dum distinguit sacros Canones à generalibus Conciliis, & aliis Constitutionibus Apostolicis. Unde etiam in confirmationibus Privilegorum, & Statutorum, quæ hodie à Sede Apostolica conceduntur in forma communi, consuevit apponi hæc clausula, dummodo tamen sacris Canonibus, Tridentini Concilii decretis, & Constitutionibus Apostolicis non sint contraria, Canonibus, id est relictis in corpore juris; & Constitutionibus Apostolicis, id est Extravagantibus in corpore juris non insertis: Non enim sunt audiendi qui dixerunt illa verba, sacris Canonibus, esse intelligenda de Canonibus Concilii Tridentini, ut probavi in c. Tuorum, num. 26. infra, de privil.

24 QUÆRO: quid de declarationibus Apostolicis, an dicantur statuta Canonum?

Non

Non videtur, quia statueri ex propria significatione est jus novum inducere. Clem. fin. §. fin. de referip. glos. in extravag. suscepti in ver. Statuimus, Joan. XXII. de elec. Aretin. cons. 72. In casu supradicto, col. fin. vers. Nam ista duo, num. 46. ubi quod ubicumque Princeps utitur verbo Statuimus, vel Sancimus, semper inducit jus novum. At declaratio jus novum non inducit, sed tantum explicat jam statutum. l. Hæredes palam, §. Quod verò, & §. Sed est notam, & ibi Bart. Bald. Paul. de Caltr. & ceteri notant, ff. De testamen. c. Cum tu, cum ibi notatis, de Vsur. & dicam plenius in c. fin. num. 12. infra eod.

Respondeo dicendum: Si declarationes edantur immediate à Summo Pontifice, absque dubio veniunt Canonis appellatione, & faciunt jus quoad omnes, cap. 1. de bigam. lib. 6. cap. 1. de privileg. ead. lib. d. c. fin. & l. fin. C. De legib.

25 Quinimò in Concilio Tridentino Canones proprie accipiuntur pro declarationibus: nam distinctiones fidei quæ à S. Synodo Canones appellantur, non sunt jus novum, sed juris divini declarationes, c. Sunt quidam, 25. quest. 1. d. c. Cum tu, & ibi glos. in verb. Sive post, de Vsur. Jo. Andr. Butr. & Anch. in c. Cum Christus, omnes in princ. de Hæret. & fubius dicam in eod. c. fin. num. 55.

26 Infra, hoc tit. Nec obstat verbum Statuere, quia consonat etiam cum verbo Declarare. c. Constitutionem ibi, Declarantes decernimus, de sent. excomm. lib. 6. & cap. 1. & ibi Gemin. in 2. notab. de Cler. agrot. ead. lib. Clem. 2. & ibi glos. in ver. Decernimus, de appellat. Quamobrem declarationes hujusmodi non incongruè dici possunt Statuta, seu Constitutiones declarationis, ut notat Joan. Andr. in cap. 1. in princ. in ver. Distinguis, de privil. lib. 6. dicens non esse curandum quod ille textus dicat, Decernimus, quia licet sit declaratio, tamen est Constitutio, & cum eo transeunt ibi Gemin. & alii. Quod si declarationes emanaverint non ab ipsomet Summo Pontifice, sed ab alio, à Apostolica tamen autoritate, ut sunt declarationes S. Congregationis Concilii, dicam plenissimè in præleg. c. fin. infra eod.

27 2. QUÆRO: Quid de statutis Episcopi, an veniant Canonum appellatione?

28 Pro solutione distinguo. Nam aut versantur in materia odiosa, aut in materia favorabili. Primo casu Canonum appellatione propter excellentiam comprehenduntur tantummodo promulgata à Papa, non autem ab inferioribus, ut probat textus in Clem. 1. post princ. de privileg. ubi Canon, & statuta inferiorum ponuntur tantquam diversa, & materia est penal. & ita ibi hoc notat Paul. de Eleazar. & reputat singulare Carcin. in 26. quest. & in hoc primo casu intelligi debet Bald. hic num. 4. dum ait statutum Episcopi non posse dici statutum Canonum, quia alias fequeretur, ut jus municipale esset jus commune, quod est falsum. Et quamvis hoc Baldi argumentum pluribus hic impugnet Andreas Barbatia contendens non esse absonum, ut jus municipale dicatur jus commune; tamen illius objectioni cumulatè responderi Anton. Burgos in repet. hujus cap. num. 7. & antecum Dec. num. 4. qui tamen limitat hoc primum membrum ut non procedat ubi concurrat omnino-

da similitudo, & identitas rationis eo præcipue fundamento, quia tunc etiam in materia odiosa fit extensio ad casum, qui sublara significatione vocabuli continetur l. Filium habeo, ff. Ad Macedon. l. 2. §. Quod si Curatores, ff. Ad Tertull. & notat Butr. in c. fin. in materia extensionis in 1. fallen. infr. de consecr. Gemin. in c. 1. col. 3. circa med. vers. Fallit primo hæc regula, de tempor. ordinat. lib. 9. & cum Decio consentit hic Alexan. de Nevo num. 7.

30 In secundo casu, videlicet cum materia est favorabilis, statutum Episcopi large potest dici Canon; & ita notabiliter distinguit, & declarat Calder. in cons. 16. incip. An Canonis appellatione, hoc tit. ubi ex facto respondit, appellatione Canonis largè comprehendit etiam Constitutionem Capituli in materia illa favorabili abolitionis, licet secus dicat esse si materia sit prohibitoria, & penal. & sic est dicta Clem. 1. de privileg. & consentit Abbas in c. Nuper, num. 5. infra, sent. de excomm. ubi tenet regulam illius textus, quod ad omni excommunicationem lata à Canone possit quis inferior absolvere, quoties conditor Canonis absolutionem sibi non reservavit, habere locum tam in Canone Papæ, quam in Canone, seu statuto cuiuscunque Episcopi, vel alterius Prælati. Neque verò ex hoc læditur jurisdictioni Episcopi, ut putavit hic Anton. Burgos n. 22. Etenim cum Episcopus statuti conditor absolutionem sibi non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem alii relaxandi, ut dicitur ad litteram in d. c. Nuper, & sic ista relaxatio procedit ex tacita voluntate Episcopi; volenti autem non fit injuria. l. 1. §. Vsq.que aded, ff. De injur. glos. in Extravag. Dierum, Jo. XXII. in ver. Dimittit, de panis, & ob eandem rationem cum facultas dispensandi sit favorabilis, & late interpretanda, ut notat Jo. Andr. in c. fin. num. 3. & ibi etiam Felin. num. 7. infra, de finon. habens facultatem dispensandi super irregularitate impolita à Canone, potest dispensare cum Monacho irregulari ex celebratione post incursum excommunicationem latam ex Constitutione Ordinis, ut idem Calder. consuluit in cons. 19. incip. Abbas habet privilegium, in tit. De regular. Eandem distinctionem an materia sit favorabilis, vel odiosa, probarunt hic Alex. de Nevo num. 13.

31 Felin. num. 2. & Dec. num. 7. Et quamvis Beronius num. 14. illam impugnet ductus auctoritate glossæ in Summa 3. dist. & glos. 1. in c. 2. de mayor. & obed. quæ simpliciter dicunt Episcopos posse condere Canones Episcopales, & Archiepiscopos provinciales: tamen illa glossa accipitur Canones largè sumpto vocabulo, quod patet ea ratione, quam immo diatè subjungunt, videlicet, quia quilibet populus, vel Ecclesia potest sibi statuere aliquod jus. Nec obstat textus, in quo præcipue se fundat Bero. in c. Regula, §. Porro, 3. dist. Quoniam dum dicitur ibi, Canonum alii sunt decreta Pontificum, alii Conciliorum; & Conciliorum alia sunt universalia, alia provincialia: hoc non probat Conciliorum provincialium statuta esse Canones, nec ille §. hoc dicit, sed Gratianus ibi distinguit, quia illa provincialia interdum sunt auctoritate Papæ, quo casu non ambigunt quin sint decreta Pontificum, alias non, ut ibi aperte sentit

32 33 34

Ge

Gemin. num. 3. in fin. Sed statuta illorum Conciliorum, ubi non intervernerit auctoritas Papae, non esse Canones, ostendit littera ibi in fine, dum dicit, *has de generalibus regulis sunt*, &c. & ita illum textum ad hoc ponderant Anton. Burgos in *repet. hujus cap. num. 14.* & Io. Baptista Ferret. num. 3. vers. *Non obstat veritas ratio.*

35 Et hinc collige primam limitationem ad praedictam conclusionem Baldi quod appellatione Canonis non veniat statutum Episcopi, ut scilicet non procedat si statutum a Papa sit confirmatum, quia ratione confirmationis efficitur statutum Papale, ut notant Bald. & Salyc. in *l. Ex placito, C. De ver. permitt.* & in specie nostra post Gemin. ubi supra firmant hic Alex. de Nervo n. 8. & Anton. Burgos n. 7. ex cuius dictis n. 9. collige & aliam limitationem, videlicet ut non procedat, si statutum Episcopi sit secundum terminos juris communis, quia tunc dicitur jus commune. *l. Jus autem civile, ff. De iust. & iur. glof. notab. in c. 1. in ver. Falsi, de Const. lib. 6.*

37 3. QVÆRO, Quid de dictis Gratiani, an veniant Canonum appellatione.

Breviter negat Jo. Andr. in c. 2. n. 24. *infr. de rescript.* dicens Gratiani dicta non esse pro Canonibus recipienda, & quotidie reprobari, & sequuntur ibi Abb. num. 9. & communiter Doctores. Petr. de Anchar. *in repet. hujus cap. num. 48.* & Gratiani errores plures commemorat Barthol. Capol. *de cognit. libror. iur. Canon. n. 14.* in *tertraid. commun. tom. 1. fol. 185.* & novissime Cardinal. Bellarm. *de scriptor. Eccles. in verb. Gratianus, pag. 319.* & glossas plurimas, quæ Gratiani opiniones reprobandas, cumulat Felin. in *d. cap. 2. num. 43. vers. Opinionem Gratiani.* Unde secundum eos leges Civiles in volumine Decretorum insertæ, si sint contrariæ Canonibus, non sunt servandæ in foro Ecclesie. Generaliter enim decreta Conciliorum, Decretales, & leges Civiles a Gratiano ibidem insertæ non aliam habent auctoritatem, quam leges ipsæ, decreta, vel decretales, ut notat idem Joan. Andr. ubi supra, & in *addit. ad Specul. in tit. De appellat. §. In quibus, vers. Sed pone*: & illæ tantum leges censentur canonizate, quæ à Papa Canonibus inseruntur, ut in *c. In primis*, & ibi notat gloss. in *ver. Capituli 2. quæst. 1.* & Jo. Andr. in *d. c. 2. num. 25.* Præpos. in *proem. Decreti num. 2.* post Archid. in *c. Quicumque, n. quæst. 1. Rota decis. 353. num. 59. part. 6. recent.*

38 Ex his deducitur primo ut rubricæ, quæ singulis capitulis Decreti reperiuntur præpositæ, Canonis auctoritatem non habeant; & hoc multiplici ratione. Prima ratio, quia alius fuit conditor Decreti, alius Rubricarum, ut inquit Speculat. in *tit. De disputat. de allegat. Advocat. §. In. num. 15.* quibus verbis non obscure insinuat Canones Decreti fuisse Summorum Pontificum, & Conciliorum; Rubricas verò ipsius Gratiani. Quod patet ex eo quia dixit conditor, & non compilator, ut ibi accurate observat Joan. Andr. in *addit. littera H.* Idemque sentit Gemin. in *c. Qui nefariat, num. 3. 9. dist.* Et quamvis nonnulli opinentur Rubricarum auctorem fuisse quemdam Gratiani discipulum, qui vocabatur Palea, vel alium, ut refert Joan. Andr. ubi supra, idque verius putet Barthol. Capol. in *d. tractat.*

40

41

de cognit. libror. iur. Canon. num. 17. vers. Sed advertendum, post Felin. in cap. 2. num. 44. vers. Rubrica, infra, de rescript. tamen quilibet fuerit illarum auctor, certe neuter potuit illis tribuere Canonis auctoritatem, quam non habebat. *c. Translatio, infr. eod. l. fin. C. De legib. & in hoc consentiunt omnes supra citati; quibus adde Baptistam de S. Blasio in rubr. Decreti num. 15. & 16. tom. 1. Repeten. fol. 3.* Secunda ratio, quia aliqua ex prædictis rubricis sunt falsæ, & non convenientes Magistro suo, ut patet in *c. Charta, 2. quæst. 9. & in c. Placuit, il. 2. 16. quæst. 3.* Tertia ratio, quia non sunt positæ per omnia, & ubique in eodem libro, ut dicunt Jo. de Imol. in rubr. *ff. De verb. obligat.* & Jo. de Anan. in rubr. *infra de testam. quos refert Capol. d. num. 17.* Ultima ratio, quia secundum eos summaria sunt, & non rubricæ, & ideo multi appellant rubrum, & non rubricam, ad quod allego Laurentium ad fin. *Commenti sui super rubrica Decreti.* Ad hoc tamen vide quod notat ibi Baptista de S. Blasio num. 15. vers. *Tu autem dicat.*

42 Ab his excipe primam rubricam Decreti, quæ à DD. habetur pro authentica, cum sit generalis ad totum decretum, ut notant Specul. & Jo. Andr. *loci citati, & Butr. supra in proemio §. Sane, num. 10.* & intellige authentica, id est vera rubrica composita à Gratiano Decreti auctore, non autem authentica, id est habens Canonis auctoritatem, ut declarat Abb. supra in *proem. circa fin.* & Baptista de S. Blasio ubi supra num. 15. vers. *Adde tamen, Aliæ autem rubricæ Decretalium, Sexti, Clementinarum, & Extravagantium, necnon legum Civilium proculdubio sunt authentice, & allegari possunt ad decisionem casuum, si orationem perfectam habeant, ut scripsi in c. Cui creatura, num. 30. infr. de celebr. Missar. ubi etiam num. præced. idem firmavi de rubricis Missalis Romani.*

43 Deducitur secundo, ut illa capitula Decreti, quæ inseriuntur Paleæ, non sint pro Canonibus recipienda: etenim illorum auctor ab aliquibus fuisse dicitur quidam Gratiani discipulus, qui vocabatur Pochapalea; unde à nomine auctoris Palea sunt appellata, ut refert Joan. Andr. in *addit. ad Specul. in tit. De disputat. & allegat. Advocat. §. In. littera H.* Baptista de S. Blasio in rubrica Decreti in 24. quæstione num. 42. Alii dicunt huiusmodi capitula ab interpretibus fuisse ad marginem Gratiani adscripta, & aliorumque in emendationibus, & antiquioribus exemplaribus omilla, ut observat Anton. Cont. in *emendatione Decreti, & post eum Joan. Calvin. in Lexic. in ver. Palea.* Alii demum referunt negotium sic processisse, videlicet: Cum Gratianus Romanus venisset pro confirmatione sui Decreti obtinenda, librumque tradidisset cuidam Cardinali ut Summo Pontifici probandum presentaret, Cardinalis aliena glorie avidus perspecta operis nobilitate, se illius auctorem ostendere animo instituit, & propterea multa Sanctorum Patrum, & Pontificum dicta Decreto addidit. Itaque mox de auctore operis quæstione, suscitatur uterque coram Pontifice. Gratianus ut se auctorem ostendat, summatis Decreti ordinem, singulas partes, & Capitula memoriter recitat. Sed cum additiones sibi ignotas prætermitteret, & ex hoc Cardinalis argue-

ret

ret eum convinci, quod libri auctor non esset: Gratianus respondit, ubi huiusmodi capitula reperiuntur, Palea est, nec de grano meo. Indeque factum ut nomen paleæ sortita fuerint. Et quamvis alij aliter sentiant, hanc tamen dicit veriore sententiam Barthol. Capol. in *tractat. de cognit. libror. iur. Canon. in princ.* Sanè de his nihil certi affirmare possumus. Illud tamen ferè apud omnes in confesso est, Gratianum non fuisse illarum auctorem. Quod inde convincitur, quod in vetustis, & emendationibus Codicibus, ut præd. xi., non reperiuntur. Sed quis fuerit illarum auctor, sive Gratianus, sive illius discipulus, sive interpretes, illud certum est, nullum ipsorum potuisse Paleis conferre auctoritatem Canonis, ut de rubricis Decreti dictum est supra Num. 41. & propterea Paleæ non habent glossas, nec super illis Hugo, Archid., & alii Commentaria ediderunt. Quod signum est ab illis non fuisse habitas pro authenticis, ut arguit Baptista à S. Blasio super rubricis Decreti in 6. quæstione num. 9. Et quamvis aliqui etiam Canones reperiuntur sine glossis, ut patet in *c. Si quis latens, & c. ult. 22. qu. 5.* hoc tamen in Paleis regulare est. arg. l. Nam ad ea, ff. De legib. Neque dicas Joannem Theonicum Paleas non glossasse, eo quod in suo libro illas non haberet. Hoc enim est falsum, quia de illis mentionem fecit in *c. Precaria, in glof. 1. 10. qu. 2.* Quo fit ut minoris auctoritatis habitæ fuerint, quam dicta Gratiani, super quibus expositores glossas edere non sunt dedignati. Quare Paleas non esse pro Canonibus recipiendas censuit Thomas Conanus in *proemio Decreti num. 624. tom. 1. Repeten. fol. 22. allegat. Abb. & Felin. in c. 2. infr. de rescript.* qui tamen loquuntur de dictis Gratiani, & non de Paleis. Adde quod Archid., & alij Decreti interpretes passim dicunt, Palea esse non habens legis auctoritatem, & plerique illas non allegant tanquam Capitula, sed dicunt ut in illa Palea, ut glof. 1. in *d. c. Precaria. Host. in c. Naviganti, num. 5. de vsur. & alij saepe Doctores. Sed & Archid. in c. presbyter, in princ. 91. dist. dicit; Hoc capitulum habetur hic pro Paleis, sed pro grano ponitur extra, de celebr. missar. cap. 1.*

45 Verum tamen Præpos. in *c. In primis, §. De personan. 14. 2. q. 1.* affirmat Paleis, & textibus Paleæ, nisi detur jus in oppositum, communiter credi, ex notatis per Jo. Andr. & communiter Doctores in *d. c. 2. de rescript.* Sed certè Jo. Andr. ibi n. 2. Abb. n. 9. & alij non loquuntur de paleis, sed de legibus civilibus à Gratiano volumini Decreti insertis, quæ non ex vi insertionis, sed quia etiam sine extra corpus Decreti, tamen servari debent etiam in foro Ecclesie, si canonibus non sint contrariæ. arg. *c. Pastoralis, infra, de sid. instrum. & tenent. in c. 1. infra, de novi oper. nunciat. Abb. Antiq. num. 2. Jo. Andr. num. 5. & Communiter Doctores. Anchar. hic in 1. quæst. num. 44. Rot. decis. 172. num. 58.*

46 par. 1. recent. Et quamquam hodie Decretum Gratiani ut pars juris Canonici sit approbatum per Gregorium XIII. ut dixi supra n. 22. tamen videtur intelligendum quoad dicta Sanctorum Patrum, & Romanorum Pontificum, *c. Si Romanorum, 19. dist.* Sed quoad leges Civiles

Canonis non insertas, quoad rubricas, & dicta Gratiani, vel alterius non habentis potestatem condendi Canones, liber non videtur authenticus licet sit magistralis, ut notat Jo. Andr. in *d. c. 2. n. 2. supra de rescript.* quem ibi communiter Doctores sequuntur, & Baptista de S. Blasio in rubrica Decreti in 6. quæst. n. 10.

47 Secundo nota Canones omnes esse in præcepto, ut hic probatur ponderando verbum imperativum *custodiantur.* Nam quod imperatur, præcipitur; & quod præcipitur, imperatur. *c. Quisquis præceptum, 14. q. 1. & c. In his, de verbor. signif. ut hic per Egid. Bellam. in 2. notab. & Anchar. num.*

48 90. Unde intertur, ut Canones obligent non tantum ad prænam, sed etiam ad culpam. In quo tamen sic potest distingui secundum Collectar. hic n. 21. & Bellem. in 22. q. Nam aut quis venit contra Canones ex contemptu credens Ecclesiam non habere condendi potestatem: & puniatur ut hæreticus. *c. Nulli f. u. 19. dist. & melius in c. 1. 22. dist.* Aut quis venit contra Canones præcipientes, vel prohibentes, quia non curat se legi subijcere: & tunc est proprie contemptus, & inobedientia, & mortale peccatum: & talis dicitur transgressor, & puniatur pena depositionis, *c. Datum il. 2. de elect. & s. ult. 4. dist. & consentit glof. in c. Generali, in ver. inibidem de elect. lib. 6. & Anchar. hic, nu. 82.* Subdunt tamen Collectar. & Bellem. huiusmodi contemptum non convinci de aequitate nisi post monitionem, secundum ea, quæ colligit idem Collect. in *c. Novis, de iudic.* Aut denique venit quis contra Canones, propter concupiscentiam, vel iram, aut negligentiam, & non dicitur transgressor, nec per consequens peccatum mortale, ut post D. Thom. notat Archid. in *c. Quicumque, 18. dist.* Sed ad hoc vide tu Abb. hic num. 9. & quod infra attinam, nu. 107. in septima quæstione, & adde secundum Compostell. hic n. 1. quod qui Canones non habet, redarguendus est de neglecto: qui habet, & non servat, de temeritate increpandus est. *Si decreta, 20. dist.* Qui verò in contemptum Ecclesie Romanae non servat Canones, hæreticus est censendus. *c. De libellu, ead. dist.*

49 Tertio nota ibi, & iudici ecclesiasticis causas ecclesiasticas, vel Ecclesie decedendas esse secundum Canones, & non secundum leges. Unde deducebat Gulielmus Naso, ut si de re ecclesiastica ageretur in foro seculari secundum ea, quæ notantur in *c. Cum sit generale, infra, de foro compet. Iudex debet iudicare non secundum leges Civiles, sed secundum Canones, ut in præscriptione, per hunc textum, & per *c. Lege Imperatorum, 10. dist. & c. 1. de novi oper. nunciat. & sequuntur hic Jo. Andr. nu. 7. Bellem. ante n. 1. in ver. Ecclesiasticis, Anchar. n. 2. & Jo. de Imol. nu. 2. vers. Nota quod Canones.* Hoc tamen intelligunt Doctores verum esse, si agatur actione reali de re jam qualita Ecclesie. Secus si ageretur simpliciter actione personali, seu de re acquirenda, quæ tunc iudicandum esset secundum leges fori, ubi iudicium agitur: & ita, dictum Gulielmi declarant, & distinguunt hic Butr. num. 11. in fin. vers. *Vnum non omitto.* Arcin. & Alexan. de Nervo ambo n. 6. & Decius in *secunda lectura num. 2.* allegant Hostien. in *Summa de consuet. §. fin. vers. Sed, quid**

quid si clericus. Qui tamen loquitur in alio casu, ut inferius attingam. Ceterum hac distinctio vendicat sibi locum in decisorijs iudicij dumtaxat, non autem in preparatorijs, in quibus semper, & indistincte servanda sunt leges fori, ubi causa ventilatur, ut plenè tractatur in c. Quod clericus, infra, de foro compet. & per Jo. Andr. in addit. ad Specul. in tit. De constit. in prin. & hic notant Abb. nu. 3. Burr. Aretin. & Alex. de Navo loci citatis, & de communi testatur Dec. d. n. 8. & in hoc casu loquitur Hostien. ubi supra, videlicet in oblatione libelli, & hic in preparatorijs iudicij, non autem in decisorijs, prout loquuntur Doctores in præcedenti declaratione. Hanc tamen materiam latius proficere, ut per Anchar. in repet. hujus capituli in 1. quest. & per Jo. Andr. & Doctores in d. c. 1. de novi oper. nunciat.

Quarto nota ibi, non suo sensu, argumentum, quod iudex non debet iudicare secundum conscientiam, sed secundum allegata, & probata, ut c. Iudicet, 3. qu. 7. & s. Si quando autem, 2. qu. 1. c. Pastoralis, §. Quia vero, ubi gloss. ut. infra, de off. deleg. l. Illucitas, §. Veritas, & ibi Bart. & Legista, ff. De offic. praesum. gloss. in c. Summo petere, in ver. Et contra, 1. qu. 3. Specul. in tit. De disput. & allegat. Ad ver. §. Satis, nu. 13. Hæc tamen est ardua questio, in qua, ut inquit Io. Andr. ibidem in addit. littera E. Doctores sacra pagina tenent contraria, & Legista in varijs seinduntur opiniones, quas ibi summariè recitat. Ipse tamen distinguit in iudice triplicem conscientiam. Prima est, quam sacerdos habet ut Deus per confessionem sibi factam in foro Sacramentali. Secunda est, quam habet ut homo ex aliquo sensu corporis. Tertia est, quam habet ut iudex per probata coram ipso. Primam sequi debet indistinctè, in foro scilicet pœnitentiæ, nec illam prode propter veritatem sibi notam ut homini, c. 1. de off. ordin. & c. Omnes, de parit. & remiss. Secunda, & certia si sibi invicem adverteatur, quia veritas aliter sibi nota est ut homini, aliter nota ut iudici ex probationibus in causa factis. In hac perplexitate consulit Io. Andr. ut pro viribus nitatur veritatem, quam novit ut homo, ad concordiam redacere cum veritate, quam novit ut iudex. Quod si ad hanc concordiam pervenire non possit, tunc si est ordinarius, vel delegatus à Principe, causam alteri subdeleger, ut c. Pastoralis, de offic. deleg. Si vero sit delegatus ab alio quam à Principe, vel exequutor, vel natura cause subdelegationem non patiatur, insuper quantum potest apud superiorem ut ipsum exoneret à iudicando, vel exequendo, c. Pastoralis, §. Quia vero, & est communis opinio, ut ibi testatur Imola num. 49. in fin. Sin autem nec id assequi possit, tandem sequatur iura, & iudicet secundum acta, & probata, nec sit clementior lege. Facit c. Iudicantem, 30. qu. 6. & s. Si vero, Auth. de iudic. & in hoc residet hic Petr. de Anchar. nu. 41. & silius in repet. c. Possessor, in 6. quest. principali, de reg. jur. lib. 6. Et quamvis Joan. Andr. ubi supra subdat in hac perplexitate tolerabilis esse non pronuntiare, & patienter pœnam pati, c. Inquisitioni, de sentent. excomm. quam contra conscientiam iudicare: & Io. Cal-

der. & Abb. in d. §. Quia vero, dicant tutius esse sequi conscientiam informatam de veritate, quam allegata, & probata: tamen prima opinio vera est, & tenenda, quia iudicare pertinet ad iudicem secundum quod fungitur publica potestate; & ideo informati debet in iudicando non secundum id, quod ipse novit tanquam privata persona, sed secundum id, quod sibi innotebit tanquam persona publicæ, ut docet S. Thomas in 2. 2. q. 67. art. 2. Cujus sententiam ex principiis more suo probat egregiè, & ab objectis tuerit Cardin. Cajetan. dicens eam deduci ex Ambrosio, & Augustino, & teneri ab Alexandro de Ales, Richardo, Petro de Palude, Petro de Tarantasia, & alijs Magistris, Quam etiam magis communiter sequuntur Doctores nostri, ut attestantur complures, quos refert Covarr. variat. resol. lib. 1. c. 1. post m. 6. & Jul. Clar. in Praxi crimin. §. fin. quest. 8. num. 5. vers. sed pone. & latius qu. 66. n. 2. vers. Scias autem. Eam tamen limita ut locum non habeat in supremo principe, qui potestatem habet legis condendæ, & conditis derogandi. Is enim utique poterit, imò & debet sententiam dicere juxta propriam, & particularem scientiam contra allegata, & probata, ut firmant Cyn. Bart. & alii in l. 1. c. Et quæ des. Adver. Alber. in l. Illucitas, §. Veritas, ff. De off. praesid. Felin. in d. §. Quia vero, num. 23. vers. Secunda similia. Dec. conf. 463. num. 24. & sequ. Rolan. conf. 70. num. 20. libro 1. Cacheran. decis. Redemon, decis. 1. num. 44. & Covarr. variat. resol. cap. 1. num. 7. ad fin. vers. Princeps. Consultit tamen Cajetan. d. art. 2. ut Princeps veritatem sibi notam palam testetur ut evitet scandalum, & populo satisfaciatur, vel certe condemnet culpabilem secundum acta, eique gratiam faciat, ut consulit Covarr. loco citato.

Ultimo nota principalem regulam hujus textus videlicet Constitutiones Canonicas ligare omnem creaturam. Concordat c. Si quis omnem, 1. quest. 7. c. Si Romanorum, 1. 9. dist. & c. fin. infra. eod. Et quamvis glossa exponat verba illa, ab omnibus, scilicet subditis: tamen ut inquit Innoc. hinc, 1. hæc non est bona glossa, quia conditori Canonum, & Vicario Creatoris omnis creatura subiecta est. Et hoc dictum Innocentij quotidie à Doctoribus allegatur, & probatur, ut per Abb. hic. n. 2. Idque esse ex necessitate salutis, distinctum est in Extrav. Vnam sanctam, de majorit. & obed. docet S. Thomas contra errores Græcorum qu. 72. & post eum glossa in Clem. fin. in ver. Ecclesie, & de heret. & plura Doctorum dicta ad hoc cumulate more suo Felin. hic in 2. notab. num. 5. in fin. Verum Hostien. num. 5. sentit cum glossa, quia per eam excludendi excluduntur, scilicet successores, ut in c. Innotuit, §. Quamvis, infra, de elect. & ipse legislator, c. Cuncta per mundum, 9. q. 3. & l. Princeps, ff. De legib. Item pagani, & infideles, qui in spiritualibus non sunt subiecti, c. Gaudemus, in 1. respons. de Divort. sed subfinit tantum in temporalibus. Alijs igitur, quam subditis non potest quæ legem imponere, l. Neminem, c. De inest. nupt. unde nec par adstringitur, d. c. Innotuit, & l. Nam magister, ff. De arbor. Tu adverte, quia verba hujus Constitutionis, Canonum statuta ab omnibus citro-

stodiantur, conveniunt legislatori, & successoribus, §. Huic ita, 2. 5. quest. 2. Nam quamvis Princeps sit solutus legibus quoad vim coactivam, tamen ad illarum observantiam adstringitur vi directivâ rationis, quia & ipse tenetur ex rationis dictamine custodire leges tam à seipso, quam à suis Prædecessoribus latas, ut de utrisque est textus in l. Digna vox, c. De legibus, de legulatore ibi: Majestate regnantis legibus adligatam se Principem profiteri; sed de auctoritate sursum pendet auctoritas; & revera majus imperio est submittere legibus Principatum. Et de successoribus ibi: Quod nobis licere non patimur, alijs indicamus, id est, successoribus, ut exponit glossa fin. & est exprellum in c. ult. de rescript. lib. 6. ibi: Quod nobis licere non patimur, nostris successoribus indicamus, & notat Calder. conf. 256. circa medium, alias 1. 1. de privileg. Justitiam enim, ac rationis ordo suadet, ut qui sua à successoribus desiderat mandata servari, decessoris sui proculdubio voluntatem, & statuta custodiat, c. Iustitia, 2. 5. quest. 1. c. Iustum, 9. dist. 1. c. Decessorum, 2. 5. quest. 2. alioquin, ut Gregorius ait: (Si enim destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed everter esse julle comprobaret, testante Veritatis voce, quæ ait: Omne regnum in seipso divisum non stabit, & omnis scientia, & lex adversum se divisa destruetur.) refertur in c. Sicut destruerem, ead. caus. & questione. Unde Sanctus Thomas in 1. 2. quest. 96. artic. 5. ad 3. (Princeps, inquit, dicitur esse solutus à lege quantum ad vim coactivam legis; nullus enim proprie cogitur à seipso. Lex autem non habet vim coactivam nisi à Principis potestate. Sic igitur Princeps dicitur esse solutus à lege, quia nullus in ipsum potest iudicium condemnationis ferre, si contra legem agat. Sed quantum ad vim directivam legis, Princeps subditur legi propria voluntate, secundum quod dicitur extra. de Constit. c. Cum omnes. Quod quisque juris in alterum statuit, ipse eodem jure uti debet: & Sapiens dicit auctoritas: Patere legem, quam tu ipse tuleris. Improperatur enim his à Domino, qui dicunt, & non faciunt, & qui alijs onera gravia imponunt, & digito nolunt ea movere, ut dicitur Matth. 23. 4. Unde quantum ad Dei iudicium Princeps non est solutus à lege, quantum ad vim directivam ejus, sed debet voluntarius, non coactus legem implere.) Hæc sanctus Thomas, cui subscribit ibidem Cajetanus, ostendens legem humanam habere vim obligativam Principis ab æterna lege, à qua deviat, & Principem teneri suas leges in foro conscientie observare jure naturali & divino: & sequuntur Sor. de just. & jur. lib. 1. artic. 7. conclus. 3. Coraf. lib. 2. Miscel. c. 25. Navarvus in c. Si quando, except. 8. num. 12. & 13. de rescript. & Covarr. in c. Alma mater, par. 1. §. 1. num. 3. & 4. de sentent. excomm. lib. 6. Et propterea quamvis Papa non contringat lege positivâ, adstringitur tamen mente legis, & zquate naturali determinante aliquid circa peccatum, ut videtur sentire Joan. Andr. in c. Significasti de foro compet. super verbo Iurisdictioni, dum dicit mentem c. omni utriusque sexus, de parit. & remiss. forte adstringere Papam quoad Deum, & consentit Imol. hic num. 8. dicens, Papam male facere, si prædictum canonem non servet, licet meo non habeat locum pœna

ibi statuta: & expressius Gemin. in d. c. Iustum, 9. dist. ubi affirmat Papam peccare, si canonem illum non servet ex quadam ratione naturali, quæ ita astringit Papam, sicut alium. Licet aliud videatur sentire Anton. de Butr. in d. c. Omnis utriusque, num. 18. Ex quibus apparet etiam Principem comprehendi sub verbis generalibus hujus Constitutionis, cum & ipse teneatur suas, & suorum prædecessorum leges custodire ex vi dictaminis rationis naturalis: & propterea non bene glossa propter Papam, & Imperatorem restringit hunc Canonem ad subditos. Nam, ut Cajetanus inquit loco citato, (Quamvis nemo cogatur à seipso, tamen à seipso utique dirigitur, & obligatur.) & ut verbis Baldi utar in l. 2. c. de servit. & aqua; (Nulla auctoritas, vel Senatus potest facere, quin Princeps sit animal rationale, vel solutus legibus naturæ.) Ad hoc c. Nihil incomprender, 2. q. 7.

Quo vero ad Paganos, & Infideles primum omnium expendenda est littera Sacri Concilij Tridentini sess. 14. cap. 2. de differentia Sacramenti Pœnitentiæ, & Baptismi, ibi: Cum Ecclesia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipsam per Baptismi sacramentum fuerit ingressus. Deinde libet referre ad litteram verba Innocentij in c. Quod super his, n. 3. infra, de vito, quia sunt magni ponderis, & valde exemplaria. (Credimus inquit Innocentius, imò scimus secundum Hostien. & Joan. Andr.) quod Papa, qui est Vicarius Jesu Christi, potestatem habeat non tantum super Christianos, sed etiam super Infideles. Etenim cum Christus plenam receperit potestatem, unde in Psalmo: Deus iudicium tuum Regibus; non videretur diligens Paterfamilias, nisi Vicario suo, quem in terra dimittebat, plenam potestatem super omnes dimisisset. Item Petro & successoribus ejus dedit claves Regni cœlestium, & dixit: Quodcumque ligaveris, &c. Item alibi: Pœnes me ad. Omnes autem tam fideles, quam infideles oves sunt Christi per creationem, licet non sint de ovili Ecclesiæ; & sic per prædicta apparet, quod Papa super omnes habeat jurisdictionem, & potestatem de jure, licet non de facto. Unde per potestatem, quam habet Papa, credo quod Gentilis, qui non habet legem nisi naturæ, si contra legem naturæ facit, potest licite puniri per Papam. Arg. Genes. 19. ubi habes, quod Sodomitæ, qui contra legem naturæ peccabant, puniti sunt à Deo. Cum autem Dei iudicia sint nobis exemplaria, non video quare Papa, qui est Vicarius Christi, hoc non possit, & etiam debeat, dummodo facultes adit. Et idem dico, si colant idola: naturale enim est unum, & solum Deum Creatorem colere, & non creaturas. Item Judæos potest iudicare Papa, si contra legem Evangelij faciunt in moribus, si eorum Prælatus eos non puniat; & eodem modo si hæreses circa suam legem inventiant: Et hac ratione motus Papa Gregorius, & Innocentius (loquitur de seipso,) mandaverunt comburi librum Thalmud, in quo multæ continebantur hæreses, & mandaverunt puniri illos, qui dictas hæreses sequerentur, vel docerent. Hunc librum, teste Hostien. in d. c. Quod super Judæi vocant Calchamuth, seu Thalmuth, secundum Joan. Andr. & Anton. de Butr. vel Cal-

Phisp. Fagn. in 1. Decretal. C ma-

mehani, secundum Petr. de Anchar. de quo Cardin. teste habetur in Specul. Historial. c. 27. num. 128. & sequentib. Thalmud appellatur in Constitutione Innocentij. IV. que incipit: *Impia iudeorum perfidia*. in Bullar. tom. 1. pag. 62. ubi plene videas de hoc execrabili libro, & in Constitutione Julij III. *Cum sicut nuper*. eodem tom. 1. pag. 716. & Clementis VIII. *Cum Hebraeorum tom. 3. pag. 25*. Profecquitur Innocentius, & licet aliquando Papa omittat penas iustas, & debeat omnibus predictis inferendas, est vel quia facultatem non habet (scilicet de facto) vel propter pericula & scandala, quae inde obveniunt, vel evenire timerentur; potestas tamen faciendi est apud eum, & infra. Contra Infideles, qui nunc tenent terram, in qua iurisdictionem habuerunt Christiani Principes, potest Papa iuste facere praeceptum, & Constitutionem quod non molestat Christianos iniuste, qui substant eorum iurisdictioni. Imo quod plus est, potest eos eximere a iurisdictione eorum, & dominio in totum. c. *Cum sit*. c. *Ex specialis*. c. 1. & *fin. infra de iudic. c. Manicipia*. & c. *sey*. 54. *distin.* Imo si male tradarent Christianos, potest eos privare per sententiam iurisdictione, & dominio, quod super eos habent, quamvis id facere non debeat, nisi magna subulente causa.

71 Item licet non debeat infideles cogi ad fidem, quia omnes liberi a arbitrio relinquendi sunt, & sola Dei gratia in hac vocatione valeat. c. *De iudeis*. 45. *distin.* tamen mandare potest Papa infidelibus, ut admittant Praedicatores Evangelij in terris suae iurisdictionis: Nam cum omnis creatura rationalis facta sit ad Deum laudandum, ut in 2. sentent. *distin.* 1. c. *Testi quaritur*. Si ipsi prohibent Praedicatores praedicare, peccant contra Deum, & legem naturae, ut Anton. de Butr. interpretatur; & idem puniri possunt. In omnibus autem praedictis casibus, & alijs, ubi licet Papa aliquid mandare si non obediunt, compellendi sunt brachio seculari, & indicendum est bellum per Papam, & non per alios, ubi quis de iure suo contendit. Ita Innocentius, quem eodem verbis referunt, & sequuntur in eodem c. *Quod super his, de voto*. Hostien. num. 14. Ioan. Andr. num. 10. Anton. de Butr. num. 9. Cardin. num. 14. Petr. de Anchar. num. 23. lo. de Anan. num. 13. & Abb. num. 12. qui amplius distinguit, an crimina sint Ecclesiastica, & in his auctoritas Papam posse exercere iurisdictionem contra infideles, sicut contra fideles, ideoque Ecclesiam posse in iudeos animadvertere si delinquant contra matrimonium, ut in c. *In nonnullis, de iudic.* Si autem crimina non sint Ecclesiastica, Imperator exercebit iurisdictionem: in mixtis vero locus erit preventionis, ad notata per eum in c. *Cum sit generale, de foro compet.* Ideoque in crimine usuratum se ingerit Ecclesia etiam contra infideles, ut in c. *Post miserabilem*, & c. *fin. infra de iur.* Et cum praedicta Innocentij doctrina consentit etiam Divus Thomas in 2. 2. *quest.* 10. *artic.* 10. ubi docet jus domini, vel praerogativa, quod habent infideles super infideles, posse iuste tolli per sententiam, vel ordinationem Ecclesiae auctoritate Dei habentis. ubi Cajetanus in 3. *conclus.* dicit semper esse memorandum hoc S. Thomae dictum, scilicet quod Ecclesia auctoritatem Dei

habet super regna. Subdit tamen S. Thomas, quod & Innocentius advertit, Ecclesiam quandoque hoc facere, & quandoque non. In illis enim infidelibus, qui etiam temporali subjectione subiacent Ecclesiae, & membris eius, hoc jus Ecclesia statuit. In illis vero infidelibus, qui temporaliter Ecclesiae, vel eius membris non subiacent, praedictum jus Ecclesia non statuit ad scandalum vitandum, licet posset instituire de iure.

77 Neque obstat quod secundum Apostolum 1. ad Corinth. 3. ad Ecclesiam non spectat de his, qui foris sunt, iudicare, c. *Multi*, 2. *quasi*. 1. *Foris*, id est, extra Ecclesiam, secundum glossam Hugon. Archid. & Turrec. Infideles enim secundum D. Thomam relatiu ibi a Turrec. num. 10 non sunt directè de foro Ecclesiae, sed alii a Christo, & servi Diaboli; ideoque divino iudicio relinquantur. Id inquam, non obstat, quia ut respondet Innocentius, quem ceteri sequuntur in d. c. *quod super his*, num. 9. *de voto*. & Dec. *luc. n.* 59. illa auctoritas ita debet intelligi, ut non debeamus infideles iudicare excommunicando, vel compellendo ad fidem, ad quam sola Dei gratia vocatur. c. *de iudeis*, 45. *distin.* Eodem modo responderi glossa in d. c. *Multi*, in verb. *iudicare*, 2. *quasi*. & Turrec. num. 10. ubi redditè rationem, quia tales infideles iudicium, & penam, qua excluduntur a communicatione fidelium, & Ecclesiae, non multum curant, tanquam illi, qui Ecclesiam non venerant. Cum igitur, ut ex praedictis apparet, Apostolico omnis anima live fidelis, live infidelis subiecta sit; consequitur hinc, ut omnes ligentur eius statutis; quae forum foris, & status ligari a pari procedunt. c. *Pranimatorum*, de *Consi. lib. 6.* & notat Archid. in c. *quo iure*, num. 18. 8. *distin.* Specul. in *tit. de Constit.* 3. 1. Et hanc regulam posuit Calder. *conf.* 34. *quod incipit*. Statuto de *Testam.* Anton. de Butr. in *rubr. de Consi.* num. 7. Dec. in c. *Decernimus*, num. 197. *de iudic.* Cardin. Seraph. *Deo s.* 1018. num. 6. & statuti potestas a iurisdictione dependet. c. *A nobis*, 11. *de sent. excomm. d. c. v. animarum s. fin.* Et ibi notat Bald. ff. *De iur. iudic. in d. c. Bart. in l. Omnes populi*, in 1. *quest. in princ. ff. De iur. & iur. Abb. in c. Ecclesia s. Maria*, num. 10. *infra eod.* & idèd quicunque potestati subiecti sunt, subduntur legi, quam fert illa potestas, ut inquit S. Thomas in 1. 2. *q. 96. a. 5.*

81 Concludendo pro conciliatione glossae & Innocentij, arbitror esse distinguendum. Aut queritur, an Constitutiones Canonum ligent omnes in universum in materia eis adaptabili: & tenendum est ligare omnem creaturam, & in hoc rectè Innocentius redarguit glossam, quod restringit textum ad subditos: in hoc enim glossa supponit extare aliquos, qui non sint subditi: at hoc est manifestè falsum, quia nullus in orbe reperitur, qui non subdit Apostolico, & in materia sibi adaptabili epus Constitutionibus non ligetur, sive Ecclesiasticus, sive Laicus; sive Princeps, sive subditus; sive Christianus, sive Infidelis. Ad hoc c. *Novit, de iud. c. Solita, de maior. & obed. c. Pro humani, de homicid. lib. 6.* & quod notat Innocentius in c. *Ad Apostolica, de re iudic. eodem libro*. Ideoque procedit praescriptio exemptionis ab Imperatore, nec praeci-

scribens remanet a cephalus, quia subest Papae, & ad eum recurritur pro iustitia obtinenda adversus eos, qui in terris Superiorum non habent, ut tradit Cardin. in *Clem. Pastoralis*, 5. *Rursus*, in 2. *not. de re iudic. Abb. in c. 1. num. 2. & 6.* & ibi etiam Felin. in 2. *not. de probat.* & idem Felin. hic num. 10. *vers. Et sylvest facit*. Et propterea si Iudaei delinquant contra legem Moisaicam, per legem Canoniam puniuntur, ut per Petr. de Anchar. in *repet. c. Ea, quae de regul. iur. lib. 6.* quem refert, & sequitur Felin. hic num. 38. & idem si oblit fidelibus, c. *Si inimicus*, 93. *distin.*

84 Petr. Brixien. in *Repet. in verb. Infideli*. Aut si delinquant in opprobrium Christianae religionis, ut in c. *Sape*, 208. *distin.* & notat Anchar. ubi supra *vers. Sexto quero*, & in *conf. 15. incipien. spiritualis iudex*. Alios casus recentent Gemin. in c. *Multi*, 2. *quasi*. 1. & Sylvest in verb. *Iudaei*, *vers. Quarto quero*, num. 7. & sequentib. Unde in Concilio Patentino celebrato, anno Domini 1388 tempore Urbani Papae VI. in rubrica de ferijs per infideles colendis, sic legitur. (Cedit in opprobrium Religionis Christianae quod Iudaei, & Saraceni inter Christicolae habitantes diebus Dominicis, & festivis mercimonia vendere, & artificia, ac mechanica opera exercere publice non verentur. Cum autem in divina Majestatis offensam non sint a Christi fidelibus aliquatenus tolerandi, ipsi Iudaeis, & Saracenis ne mercimonia vendere, aut qualitercumque artificia, seu opera mechanica exercere praesument diebus Dominicis, & festivis, qui per Christianos coluntur, districtius inhibemus, & ad id compelli per locorum Ordinarios, ac Iudices seculares, sub quorum iurisdictione Iudaei, & Saraceni vivere dignoscuntur, per subtractionem communionis fidelium, & alias penas temporales, auctoritate, qua fungimur, praecipimus, & mandamus. Quod si seculares Iudices negligentes fuerint in praemissis, ad hoc per censuram Ecclesiasticam compellantur.) Haec ibi, Adverte tamen, quia huius Concilij, seu potius conciliabuli nulla est auctoritas. Fuit enim celebratum a Petro de Luna Felice Cardinali in Hispaniarum partibus Legato Clementis VII. Antipapae; ut patet ex illius praefatione, & subscriptione *tom. 7. Concil. pag. 975. & 978.* Ex rationabili tamen consuetudine receptum est, ut infideles apud Christianos commorantes ad dies festos servandos teneantur, ut restatur Bertach. in *traict. de Gabell. part. 7. quasi*. 1. & pro statu Ecclesiastico extat Constitutio Pauli IV. *Cum nimis absurdum*, 5. 5. in Bullar. tom. 1. pag. 721. facit textus in c. *Quia*. & in c. *In nonnullis, infra de iudic.* ubi interdicitur Iudaeis, & Saracenis, ne in die Parasceves ostia, vel fenestras apertas habeant, aut in publicum profiliant; & praecipitur, ut presumptores huiusmodi condignè animadversione compescantur.

87 Aut queritur, an singulae Constitutiones Canonicae ligent omnes in materia eis non adaptabili. Et dicendum est, non ligare, non quia iudicari non sint, sed quia materia eis non congruit, ideoque in eo particulari casu non subiacentur legi. Nemo enim dixerit Iudaeos & Paganos ligari edicto generalis Concilij, de confitendo semel in anno, & communicando in Paschate.

Quod accidit, non quia infideles non sint subditi Ecclesiae; sed quia Sacramentorum perceptio eis non adaptatur. c. *fin. cum ibi notat, de Presbyt. non baptiz.* cum baptizatus sit ianua omnium Sacramentorum, s. *Verum*, 32. *distin.* Unde merito illa Constitutio restringitur ad fideles. Et propterea si Iudaei matrimonium contrahant in gradibus lege Canonica tantum prohibitis, ad fidem converti non separantur. c. *Gaudemus, infra de divort. c. De infidelibus, de consang. & affinit.* & eorum proles legitima est, c. *fin. Qui fil. sint legit.* nam cum habeant legem veteris Testamenti, cui subiacentur, non tenentur servare Canones de matrimonio loquentes, secundum Archid. post Hugon. in c. *Multi*, num. 6. 2. *quasi*. 1. ac proinde non tenentur servare formam a Concilio Tridentino praescriptam in c. 1. *sess.* 24. *de reformat. matrim.* Imò nec post conversionem tenentur iterum contrahere coram Parocho & testibus, quia non contrahunt de novo, sed perillunt in iam contracto, ut consuevit Navarr. *conf. 4. de pact. in antiq. impress. & in nov. conf. 2. incip. Iudaei, & Iudaei de convers.*

91 *Infidel.* Et in successibus simpliciter utuntur lege veteris Testamenti, ut per Florian. in l. *Maximum vitium*. C. de *liber. pratent.* ubi restatur ira filiale consilium in hereditate Iudaei triginta millium ducatorum, ut refert hic Felin. num. 35. adiciens idem procedere in Cathecumeno, post Gemin. in c. *Audite*, in 2. *notab.* 34. *distin.*

92 In his igitur casibus, & alijs consimilibus, infideles non ligantur statutis Canonum, quia materia eis non congruit. Nec mirum; nam nec Laici fideles in merè temporalibus, & prophans ligantur Constitutionibus Canonicae, nisi in terris Ecclesiae. c. *Quoniam*, 10. *distin.* c. *Si duobus, de apphat. glof. inc. Per venerabilem*, in verb. *Habeat potestatem, qui fil. sint legit.* Anton. de Butr. in c. *fin. num. 13. infra eod.* & scripsi in c. 1. num. 26. & sequentib. *infra de pact.* & tamen non propterea viciatur regula huius textus, nec licet absolute affirmare laicos Christianos non subesse Romano Pontifici, aut non adstringi statutis Canonicae. Quae distinctio in effectu est ex mente Baldi hic num. 5. dicens: Aut est talis Constitutio, quae possit adaptari omnibus; & tunc est verum quod dicit Innocentius. Aut non potest adaptari omnibus, puta infidelibus; & tunc bona est dicta glossa.

93 Nunc principalis regula huius textus, quod Constitutiones Canonum ab omnibus sint servandae, multipliciter declaratur hic a glossa & Doctoribus.

Primo enim declaratur, ut procedat, dummodo Constitutiones sint publicatae, quia alias non ligant. 3. *Leges*, 4. *distin.* c. 1. & ibi glossa in verb. *Solemniter, de postul. Pralat.* c. 1. ubi etiam glossa in verb. *Duas menses, de sentent. excomm. DD. & praesertim Felin. num. 7. in c. 2. infra eod.* Quinimo publicationem esse de essentia legis, docet sanctus Thomas in 1. 2. *quest.* 90. *art.* 4. & Navarr. *conf. 1. vers. Quinto dico, hoc tit. De constit.* & tenent Paul. & Matth. relati a Cardin. in praemio Clementis in verb. *Universitatis n.* 1. De hoc scripsi latius in d. c. *fin. nu. 43. & seqq. infra eod.* ubi etiam posui, an declarationes requirant publicationem.

94 Declaratur secundo, ut procedat in Constitutionibus generalibus tantum, non autem in Constitutionibus particularibus respectu certarum personarum, vel locorum. *c. longē, 63. dist. 7. c. Nihil infra de elect. & notat hic glos. 1. & omnes. Quomodo autem agnoscatur an Constitutio sit generalis, declarat glosa in c. 11 circa, in verb. Perpetuo, de elect. lib. 6. & prosequitur Bald. in l. 3. num. 2. C. de legib. & Felin. hic num. 15.*

95 Declaratur tertio, ut non procedat in Constitutionibus abrogatis per contrariam legem, vel consuetudinem: illis enim non sunt servandæ, *c. 1. 36. dist. 6. ult. 36. quest. 2. glos. 2. Innoc. in princ. Abb. num. 3. in glos. 2. & Doctores hic. Imo utens Constitutionibus à lege abrogatis, incidit in penam falsi, ut est extrus in §. Hinc igitur, in prima Constitutione, Cod. & notat glos. de Barr. in l. fin. ff. De falsis, Aterin. in §. in personam, & ibi etiam laf. num. 19. in fine, de action. Dec. hic in prima lectura, num. 37. Præterquam in aliquibus casibus, quos post Butr. & Imol. recitet hic Felin. num. 39. & Dec. d. num. 37. vers. Et procedit dicta conclusio, & num. sequenti. An autem Constitutio Ecclesiastica liget ab initio, antequam à subditis recipiatur, aune tollatur per non usum; relatis octo Canoniarum opinionibus, examinavi latissime in c. 1. à numero 16. usque in finem infra, de renga, & pace.*

97 Declaratur quarto, ut locum habeat in Constitutionibus, quæ præcipiunt, aut prohibent; secus si simpliciter consulunt, vel adhortentur, quia lex consilij regulariter non est obligatoria, *c. ult. §. Quod præcipitur, 14. quest. 1. §. Hac est legibus, 4. dist. 12. glos. 2. Abb. & omnes hic; nisi in tribus casibus. Primus est, cum quis adstrinxit se consilio, ut in Religiosis solemniter professis, *c. cum ad monasterium, de statu Monachorum, qui tamen non obligantur ex vi Canonis consulentis, sed ex vi voti, secundum Butr. Imol. & Felin. hic. Secundus est, cum quis venit contra legem consilij ex contemptu; quia mortaliter peccat, ut notat glos. in c. Qui autem, 10. dist. 12. Tertius est, cum lex continet consilium reverentiae, *c. ad aures, & ibi glos. in verb. Consilio, de exar. & qualis. Dicitur autem consilium reverentiae, quando materia est necessitativa, sed lex ob reverentiam ejus, cui loquitur, utitur verbis consultivis, non præceptivis, ut hic declarant Doctores; & in specie Abb. num. 4. & Felin. num. 23. Exemplum sumi potest ex decretis Concilij Tridentini in c. 5. vers. Quod auxilium, sess. 25. de regular. & in c. 20. sess. 25. de refor. & ex decreto de recipiendis, & observandis decretis Concilij, vers. Superest nunc, ut Primus omnes, & ex Bulla Pij IV. confirmationis Concilij, quæ incipit: Benedictus Deus, vers. Ipsum verò christissimum filium nostrum Imperatorem. Cæterum in his casibus obligatio non oritur ex consilio, sed ex natura rei: nam verba hortatoria impropriantur, quando subiecta materia est de præcepto, ut est textus in c. Rogo, & ibi notat glos. 1. 11. qu. 3. & in c. 1. in verb. Hortamur, ubi glosa exponit, id est, præcipimus, infra de testib. & sequitur Abb. in c. Nam concupiscentiam suam, 3. infra hoc tit. Vel certe, ut ait ibi Dec. num. 21. verba hortatoria tunc non impropriantur, quia non est inconve-***

niens aliquem hortari ad illud, quod facere tenetur, *c. Pervenit, 84. dist. 1. & ideo verbum, rogo, & verbum, hortamur, in locis præallegatis propriè intelliguntur, & non inducunt præceptum, sed per alia jura materia præcepti esse dicitur, ut ibi per eum.*

101 Hinc Sacra Congregatio Concilij alias declaravit Episcopos temporibus præscriptis in c. 1. vers. Eisdem interim admonet, sess. 23. teneri apud suam Cathedralē Ecclesiam residere, nec satis esse, ut in Dioecesi resideant: nam est decretum illud utatur verbo, admonet, quod est consilij, non præcepti; tamen obligatio residendi in Cathedrali Ecclesia surgit ex dispositione antiquorum Canonum, quos Tridentina Synodus ibi penitus non sustulit, sed tantum moderata est; nempe ex c. Placuit, 7. quest. 1. & ex c. Episcopus, de consecr. dist. 3. ut scripsi plenè in c. Quælibet, à num. 27. usque in finem infra, de Clericis non residentibus.

102 Declaratur quintò regula hujus textus, ut locum non habeat in Summo Pontifice: ipse enim non ligatur statutis Canonum, cum sit supra omne jus humanum positivum, *c. Proposuit, de concess. præben. §. Hinc ita, 25. quest. 1. ubi sic legitur.*

(Sacrosancta Romana Ecclesia jus, & auctoritatem Sacris Canonibus impertitur, sed non eis alligatur. Habet enim jus condendi Canones, utpote quæ caput est, & cardo omnium Ecclesiarum, à cuius regula nemini dissentire licet. Ita ergo Canonibus auctoritatem præstat, ut seipsum non subijciat eis.) Hæc ibi. Et docet Sanctus Thomas quodlib. 4. artic. 13. Unde Bald. in c. 1. circa fin. vers. Secundo casu, de alien. feudor. (Deus, inquit, Papæ, & Imperatori leges subijcit, & eorum celsitudini nulla lex imponi potest,) allegat textum in Authen. de Consul. & in l. fin. C. de legib. Et propterea Papa potestatem habet dispensandi pro loco, & tempore in omnibus statutis Ecclesie, ut per Divum Thomam, ubi supra, & in 1. 2. quest. 96. artic. 5. ad 3. Unde etiam simpliciter Sacerdoti committere potest, ut conferat Christum, ut per Doctores in c. Quarta, infra, de consecr. & est distinctum in Concilio Florentino in Decreto fidei Eugenij IV. §. Secundum Sacramentum. De quo articulo scripsi plenè, in c. unico, §. Per fontem Christianationem, infra, de Sacra Vnctione, & complura his similia in proposito congerunt hic Felin. num. 23. vers. Fallit quartò, & Dec. num. 50. Qui amplius affirmant Papam posse unico verbo facere Sacerdotem, vel Episcopum, allegant Angelum hoc dicentem de Sacerdote in l. 2. in princ. C. de crimin. sacriag. & de Episcopo in l. 1. num. 2. in fin. C. de senten. pars. Exemplo Imperatoris, qui unico verbo etiam procedendo, & extra ordinem proloquitur potest facere quem Doctorem, ut in prædictis Juribus; & de servo liberum, ut in l. Apud eum, ff. De manumiss. vniuersa. Sed adverte, quia hoc dictum Angelus est erroneum: nam Sacramenta omnia, & consequenter eorum essentialia instruta sunt immediate à Christo, ut docet Sanctus Thomas in 1. par. quest. 60. artic. 3. & 5. & est hodie distinctum à Tridentina Synodo de Sacramentis in genere, sess. 7. de Sacram. can. 1. & in specie de Sacra Ordinatione sess. 23. de Sacram. Ordina. can. 3. & ideo

in Sacramentis requiruntur res, & verba determinata ex ipsa Christi institutione, ut per eundem D. Thomam d. qu. 60. art. 7. Unde sine materia, & forma Sacramenti essentia non perficitur, ut similiter diffinitur in Concilio Florentino in Decreto fidei Eugenij IV. §. Quintò, & in Trid. sess. 14. c. 2. de differen. Sacram. Peniten. & Baptis. ibi, Materia, & forma quibus Sacramenti essentia perficitur. Neque Ecclesie relicta est potestas à Domino super Sacramentorum substantia, *c. Sunt quidam, 25. qu. 1. & conlat ex decreto Concilij Tridentini in c. 2. in princ. sess. 21. de comman. sub utraque specie. Unde hanc doctrinam plenè consutavi in c. un. num. 19. & 67. de Sacr. Vnct. Porò respectu Episcopodictum Angeli salvari potest tantummodo in non consecrato. Petest enim Papa unico verbo eum facere Episcopum, id est conferre illi Cathedralē Ecclesiam, ut quodvis facit per propositionem in Consistorio. Sed tamen si provilus ante consecrationem non dicitur Episcopus, sed electus, ut notat Abb. in c. Tua nuper, num. 2. de his quæ sunt à Prælatu. Anton. de Butr. cons. 19. incip. Quia hic agitur, num. 3. vers. Hoc enim verbo. Habet enim potestatem jurisdictionalem, quæ ex simplici unione hominis confertur, non autem potestatem Sacramentalem, quæ non confertur nisi per consecrationem, *c. Transmissam, & c. Quod sicut, §. Super eo, de elect. Et declarat S. Thomas in 2. 2. quest. 39. art. 3. Sed respectu Sacerdotis dictum Angeli de Perusio nullo modo salvari potest. Ignoscendum est tamen Legiste, quia in hoc articulo lapsi sunt etiam graviores Canonistæ, quorum opinioniones retuli in d. c. unico, de Sacra Vnctione.**

106 Cæterum quod pertinet ad hanc quintam declarationem dic etiam Summo Pontificem comprehendit sub regula hujus textus, secundum quod ei proportionabiliter convenit: & ita non quoad vim coactivam, cum nemo cogi possit à seipso, vel à patre; sed bene quo ad vim directivam, quia potest quis dirigi, vel obligari etiam à seipso, ut late offensum est supra num. 57. & seq. & cum Princeps subijciatur rationi, consequens est ut subijciatur & legi, quia lex est omne quod ratione consistit, *c. Consuetudo, 1. dist. Vnde Seneca in epistola ad Lucillum relatus à glos. in c. Exeo, in verb. Quam rationi, de elect. lib. 6. S. i. inquit, omnia tibi subijcere, te subijcias rationi.*

Declaratur sextò principalis regula hujus textus, ut non procedat in inideliis secundum Host. & alios hic. Sed hæc declaratio non est vera, quia in materia eis adaptabilitatem infideles subijciuntur Constitutionibus Canonum, ut patet ex dictis supra ann. 64. usque ad nu. 93.

Declaratur septimò, ut non procedat in foro conscientie, ut videtur tenere Abb. in c. 1. n. 19. de rehit. in integrum. Sed hanc declarationem ostendi falsam esse in c. fin. num. 22. & seq. infra, eod. & in c. 2. ann. 20. de regular. ubi fise probavi decreta Apostolica habere vim obligandi in foro conscientie etiam sub reatu mortalis peccati.

108 Declaratur ultimò prædicta regula, ut non procedat si iudices ex magna causa transgrediantur Canones, ut videtur sentire Innoc. hic num. 2. vers. Quamvis; & idem credimus, Quod ex Felin. & Prosp. Fagn. in i. Decretal.

quibus confirmatur: nam Legatus ex justa causa severitati juris communi derogare potest, ut est expressum in c. fin. de translat. Episc. & Magistratus propter metum periculi, vel scandali potest legem transgredi, secundum Bald. in l. Si quis fisco, §. Hi autem, nu. 4. ff. De inust. testam. Et excusatur in Syndicato, qui ob multorum salutem transgreditur statuta, ut idem tradit in l. Observare, in 10. questio. ff. De offic. Proconsul. Item ratione atatis potest commutari pena mortis ex statuto imposita in pupillo, qui homicidium perpetravit, ut per eundem in l. Esti severior, num. 10. C. De infam. & è converso propter casum terribilem licere penas legum exacerbare scripsit idem Bald. in c. Oberis. Qualiter olim fecerunt alien. poliet. Ideoque propter homicidium horribile, puta parricidium, clericus degradari potest, & tradi Curie seculari, etiam si non sit incorrigibilis, & sic non servata forma c. Cum non ab homine, de judic. ut concludit Petr. de Anchar. cons. 158. Exnarrato, num. 5. & seq. & in c. Ea qua, in 19. questione de reg. jur. lib. 6. Abb. in c. At si clerici, n. 41. de judic. & Felin. hic n. 49. Qui tamen articulus est admodum controversus, & extant utrinque Doctores, de communi & veriori opinione attestantes, ut refert Bernardus Diaz in Practica Crimin. Canon. c. 90. de Parricid. & dicitur latius in d. c. Cum non ab homine, à nu. 36. usque ad nu. 105.

112 Et eodem modo propter immanitatem criminis fertur sententia contra mortuum, secundum glos. in §. Interdum autem, in ver. Damnata, in fine, de heredit. que ab intest. de for. Et propter eandem immanitatem reus mortuus tradi potest bestiis in cibum, ut per glos. un. in l. un. ff. Arbor furt. Caesar. Sic nostris temporibus vidimus cadaver Marci Antonij de L. omnis olim Archiepiscopi Spalaten. Hæreticæ relapsi in Arce S. Angeli vita fundi, postea in Acie Campi Floræ una cum illius Imagine publicè concrematum fuisse, ob quam immanitatem etiam pecus traditur morti, ut in c. Mulier, 15. quest. 1. Alia his similia ponit Ludou. Roman. cons. 428. incipit. In terminis proposita consultatio, n. 13. & in l. Si verò, §. De viro, in 42. fal. ff. sol. matrim.

113 Et eadem ratione Episcopum ex magna causa necessitatis, & utilitatis posse contra Constitutiones Canonum etiam Generalis Concilij dispensare, de iudic. Domini de Rota de vis. 262. incip. In religioso, alias est §. de jure patron. in non per c. Tait, & c. Exigit, 1. qu. 7. & c. Proposuit, de præben. allegant Ioannem de Lignano in c. At si clerici, de judic. & eos sequuntur Roman. cons. 325. incip. Quæ ad primum consultationis articulum, num. 7. vers. Hinc est quod notabiliter concludunt Domini de Rota, & d. cons. 428. & nu. 14. Abb. in c. Cum dilectus num. 5. de elect. & Felin. hic, qui à num. 48. longam seriem cumulat casuum consimilium, & latius Hippol. de Manil. in l. 1. col. 9. §. fin. ff. de quest. & laf. in l. Omnes populi, num. 11. ff. De just. & jur. Generaliter autem quæ veniant consideranda in penis temperandis, vel exacerbandis, luculenter declarat Marian. Socin. in c. Licet, à num. 22. infra, de penis, & ante eum Henric. Boich, in c. In Archiepiscopatu, col. 2. vers. C. 3. E

Et in hac causa consideratione, De raptor.

114 Ceterum adverte, quia in his casibus per iudices proprie non transgrediuntur Canones, sed potius interpretantur mentem, & rationem legis ad illum casum non extendi. Quod egregie explicat Sanctus Thomas in 2. 2. *quæst.* 120. *artic.* 1. ait enim: (Quia humani actus, de quibus leges dantur, in singularibus contingentiis consistunt, quæ infinitis modis variari possunt, non fuit possibile aliquam regulam legis institui, quæ in nullo casu deficeret; sed legislatores attendunt ad id, quod in pluribus accidit, secundum hoc legem ferentes, quam tamen in aliquibus casibus malum est contra æqualitatem iustitiæ, & commune bonum, quod lex intendit. Sicut lex instituit, ut depolita reddantur, quia hoc ut in pluribus iustum est; contingit tamen aliquando esse nocivum, puta si furiosus depoluit gladium, & eum reposcat, dum est in furia: vel si aliquis reposcat depositum ad patriæ impugnationem. In his ergo & similibus casibus malum est sequi legem positam: bonum autem est prætermisissis verbis legis sequi id, quod potest iustitiæ ratio, & communis utilitas. Et ad hoc ordinatur Epicheia, quæ apud nos dicitur æquitas.) Haec dicit Divus Thomas, ubi Cardinalis Cajetanus laus explicat quid sit Epicheia: & subdit his casibus legis interpretationem autoritative quidem ad Principem pertinere, sed doctrinaliter ad legem peritos. Id ipsum docuit idem Sanctus Thomas in 2. 2. *quæst.* 147. *artic.* 3. dicens: (Statuta communia proponuntur secundum quod multitudini conveniunt; & ideo legislator in eis statuendum attendit id, quod communiter habetur, & in pluribus accidit. Si quid autem ex speciali causa in aliquo invenitur, quod observantia statuti repugnet, non intendit talem legislatorem ad statuti observantiam obligare.) Haec ibi. Itaque in his tantum abest ut iudices faciant contra legem, ut potius contra eas facerent, si possibilia ratione sequerentur corticem verborum; quia non dubium est in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem, ut in l. *Non dubium*, C. De legibus, quem textum ad hoc adducit Sanctus Thomas d. *quæst.* 120. *artic.* 1. ad primum, & hoc est quod sensit hic Innocentius *num.* 2. non enim dicit iudices posse ex causa leges transgredi, ut refertur à Felin. hic *num.* 48. quinimo eadem *num.* 2. recenset opinionem illorum, qui dixerunt administratores, & ordinarios quandoque licite transgredi leges ratione casuum emergentium, & sic ex rationabili causa per textum in *Auth. iurandum quod præstat ab his. circa princ. collat.* 3. & hanc opinionem reprobat dicens: hoc non placet; nam sicut in eadem *Auth.* continetur, utriusque parti tam in privatis, quam in publicis contractibus jurant servare iustitiam. Unde dicitur, quod administratores non licet a iustitia discedere. Non obstat prædicta Authentica ubi dicit, servabo æquitatem secundum quod mihi visum fuerit iustum. Quia illud intelligitur extra iudicium, ut in officiis dandis vel etiam in iudicijs in his, quæ commissa sunt eius arbitrio, ut inducitur dandis, & similibus. l. 1. ff. De iur. deliber. & c. De inducys, 3. *quæst.* 3. & in dispensationibus, c. Exigunt, 1.

quæst. 7. Et in penis saltem in extraordinarijs criminibus. Ita Innocentius, qui, ut vides, restringit se ad ea, quæ commissa sunt iudicis arbitrio. Et sequitur toridem ferè verbis Compostell. *num.* 3. Et quamvis postea subdant se idem credere in criminibus ordinarijs, si iudex ex causa viderit penas temperandas; hoc tamen ideo dixerunt, quia iura tribuunt iudicibus hanc facultatem penas temperandi, & augendi, ut in iuribus per eos citatis. Nam in l. *Aut facta*, §. *fin. ff. De penis* legitur. (Nonnunquam evenit, ut aliquorum malefactorum supplicia exacerbentur, quoties nimirum multis personis grassantibus exemplo opus sit.) Et in c. *Ut constitueretur*, 50. *distin.* dicitur: (detrahendum esse aliquod severitatis, ut majoribus malis sanandis charitas sincera subveniat.) In c. *Tametsi*, 86. *dist.* (paritur senectutis, & implicitati.) & in c. *Circumcelliones*, 23. *quæst.* 1. Augustinus ait: (Imple Christiane iudex pietatis officium. Sic succense iniquitati, ut consulere humanitati memineris, nec in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciscendi libidinem, sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem.) Ad idem textum in l. *Respicendum*, ff. De penis, & in l. *Esse severior*, C. De infam. cum concordan. de quibus ibi per gloss. & Doctores, & generaliter itatur in l. *Hodie*, ff. De penis. Unde Bald. in d. l. *Esse severior*, *num.* 3. Videtur, inquit, servare legem, quæ ex generali potestate sibi concessa per d. l. *Hodie*, alterat penam.

117 Et secundum hæc iudex, qui in crimine homicidij non procedit ad penam mortis contra pupillum, ut in exemplo superius relato per Bald. & per Felin. hic *num.* 48. non transgreditur, quin potius exequatur leges, quia minor etiam proximus pubertati, & doli capax pro homicidio nunquam debet affici pena capitis, sed mitiori circa mortem, & membri mutilationem, *tex. est in c. 2. in fin. de delict. puer.* & ibi notat gloss. in ver. *Inultum*, & alij communiter. Dec. in l. *Ferè in omnibus*, n. 2. ff. De reg. iur. & in casu contingenti consulit Anchar. *conf.* 283. *incip. iure stricto*. August. ad Angel. de malef. in ver. *Scilicet dolose*, *post num.* 6. ubi refert se liberasse quendam, qui in ripa Padi baculum interfecerat, & alia exempla recenset Clar. in *Prædic. Crimin.* §. *fin. quæst.* 60. *vers.* Sed in omnem casum. Quinimo nec major quatuordecim annis, & minor viginti quinque pro atrocibus delictis plecti potest pena ordinariæ mortis, & in atrocioribus succurritur ei, quatenus interdum ad mediocre penam misericordie ætatis iudicem perduxerit, ut est casus in l. *Auxilium*, §. *In delictis*, ff. De minor. & in homicidio voluntario respondit Rolan. à Valle *conf.* 77. *Quia formata*, *num.* 3. & *seq. lib.* 3. Thefaur. *decis.* *videm.* 161. *num.* 4. ubi reprobat contrariam observantiam Senatus Pedemontani, affirmans illam esse nimis rigorosam, & humano iudice indignam, & n. 5. dicit conclusionem minorandæ penæ procedere etiam in atrocioribus. Grammat. *decis.* 23. *num.* 11. ubi allegat Dec. *conf.* 535. loquentem in pluribus abortibus, & n. 12. art. statuti de comuni. In criminibus tantum atrocissimis majori quatuordecim annis non succurritur, ut probat textus in d. §. *In delictis*, *vers.* sed ut ad legem, & tenet gloss. in d. l. *Ferè* in

in omnibus ff. De reg. iur. & in d. §. *In delictis*, in ver. *Atrocioribus*, quæ ita exponit textum illum, pro ut etiam exponunt Albericum, 3. Jo. de Anan. in d. c. 2. *num.* 8. *vers.* in gloss. *fin. de delict. puer.* & Franc. Cald. in *Repet. l. Si Curatorem*, in ver. *Vel ad versarij dolo*, n. 61. C. De. in *integ. resitut.* & in parricidio exemplificat D. Augustin. in libro *quæstionum novi & veteris Testamenti*, in hæc verba: (Non enim velandum est ex culatione rusticitatis, vel ætatis parricidio, quod dolo malo, aut ex insidijs patrum probatur.) Unde Vincen. de Franch. *decis.* 230. *incip.* *Minori non succurritur*, refert quemdam nobilem, qui parridium veneno commiserat, quamvis decimum octavum annum non complevisset, tamen à magna Curia condemnatum fuisse amputatione capitis, utque illius corpus includeretur in sacco, seu dolo, & in mare proijceretur, ita ut sepultura careret, juxta textum in l. *Penas parricidij*, ff. Ad leg. *Pomp. de Parricid.* & Consilium confirmasse hujusmodi sententiam, quæ ob criminis immanitatem in die festo ipsorum Tribunalium fuit executioni demandata quoad capitis amputationem sub die 16. Junij 1580. cetera Prorex remittit ad quorundam nobilium supplicationem. Sequitur prædictam *decis.* Menoch. de *arbit. iudic.* lib. 2. *centur.* 4. *casu* 36. *num.* 18. & novissime Farinac. in *Praxi Crimin.* *qn.* 92. *num.* 107. & *seq.* ubi pluribus relatis affirmat hanc opinionem esse communiter receptam, & servari posse in judicando duobus concurrentibus, videlicet ut delinquens fit major annis quatuordecim & Principe consulto. Hunc articulum plenè examino in d. c. *Cum non ab homine*, de iudic. in *quæstione*, & Annotivus minor viginti quinque annis qui superiorem regularem interfecit, à Religione tradi possit, aut debeat Curia seculari.

121 Tenendum est iudicium Ordinarijs, & Episcopis nullatenus licere jura transgredi, aut contra Constitutiones Canonum dispensare, nisi à jure reperiat illis expressè permissum, ut est textus in c. *Dilectus*, *infra*, de *tempor. ordinar.* ubi post Lauren. & Jo. hanc regulam ponunt Innoc. *num.* 2. in ver. *Dispensatio*, Abb. Antiq. in ver. *Permissa*, Host. *num.* 2. in ver. *Hujusmodi dispensatio*, Jo. Andr. *nu.* 7. Bellam. *num.* 1. Butr. *num.* 6. *vers.* *Quintò nota regulam*, Cardin. *num.* 2. Abb. *num.* 3. latè Archid. in c. *Licet Canon*, *num.* 3. *vers.* Et ibi *afserivè dixit*, de *elect.* lib. 6. & ita communiter teneri testatur Abb. in c. *At si Clerici*, §. *De adulteris*, *num.* 6. *vers.* *Quandoque Constitutio loquitur generaliter de iudic.* Episcopi enim sunt custodes Canonum, & magistri, c. *Cum quibus*, 24. *quæst.* 3. & debitorum sacras regulas custodire, c. *Cum simus*, 9. *quæst.* 3. ad idem jurejurandum se adstringunt, c. *Ego N. de jurejur.* Unde nulli Pontificum licet Sedis Apostolicæ decreta in totum, vel in partem qualibet occasione convellere, vel mutare, ut legitur in *Institutionibus*, 25. *quæst.* 2. cum concord. de quibus per Archid. loc. cit. per Feder. de Sen. *conf.* 17. *incip. Quæstio talis est*, per tot. & Petr. de Anchar. hic *nu.* 88. *vers.* in contrarium, & *num.* 190. *vers.* *Accedit hic utilis quæstio*, & scripsi plenius in *cod. c. Dilectus*. Haec tenus de opinione Innocentij.

122 Decisio autem Rotæ supra de jure patr. in nov. quod Episcopus ex magna causa necessitatis, & utilitatis possit contra Canones generalis Concilij dispensare; an, & quando procedat, dixi latè in c. *san. infra*, de *sl. Presbyter*, ubi postii octo requisita, quæ debent simul concurrere ad hoc ut prædicta doctrina tuto servari possit in practica.

DE CONSTITUTIONIBVS

Cap. Ne Inimicis.

S V M M A R I V M.

- 1 Constitutiones Decretorum singularibus sunt opinionibus præferenda.
- 2 Prudentia sua iuribus qui dicatur.
- 3 Sapientia, vel iustitia hominum ex dicitur, vel facta dignoscitur.
- 4 Facta magis spectanda sunt, quam verba.
- 5 Sanctorum Patrum dicta an, & quando sit standum.
- 6 Pape interpretatio prævalet dictis Sanctorum Patrum, & contraria opinio Abbatis refellitur tanquam erronea.
- 7 Ecclesie Romana doctrina est regula fidei.
- 8 Hieronymi auctoritas cur prævalet sententia Concilij.
- 9 Sanctorum Patrum dicta in philosophicis non sunt majoris auctoritatis, quam dicta philosophorum, quos sequuntur.
- 10 Iudex non debet iudicare secundum propriam opinionem, sed secundum Decreta Patrum, & aliorum habentium auctoritatem legum condenda.
- 11 Opinio propria, & singularis erronea est, & potius est quam supersticio.
- 12 Captiosus, & nimium de se presumentes volunt omnes opiniones suas alij prævalere.
- 13 Opinionem probabilem an sequi liceat in quacunque materia: latissime discutitur, *et n. seq. usque ad n. 403.*
- 14 Divisio tractatus de opinione probabilis.
- 15 Opinio etiam minus probabilis eligi potest in materia ad fidem, aut mores non pertinente, & *num.* 19.
- 16 Declaratur n. 117.
- 17 Opiniones diversæ Sanctorum inter se habeant in his, quæ ab Ecclesia non sunt definitæ, licitum est cuiuslibet quoad vult dicere.
- 18 Maria Virginis corpus asserere non fuisse assumptum in Paradisum, hodie est proximum hæresi.
- 19 Opiniones non probabiles an sequi liceat in articulis non distinctis, *remissive* & n. 117.
- 20 Opinionem alicujus Magistri eligens contra manifestum scripturæ testimonium, sive contra id, quod publice tenetur secundum Ecclesie auctoritatem, non potest ab errore vitio excusari.
- 21 Opinio illa semper est præferenda, quæ habet pro se legem, vel probatam consuetudinem.
- 22 Opinio quid sit, & n. 78. & 91. & *seq.* & n. 127.
- 23 Doctrina de libera electione opinionum probabilium origo, & progressus, & n. *seq.*
- 24 Probabilitatis gradus tres.